

242.

4500

47. 1/2

Q. B. V.
PRÆSIDE

Doctore Trinuno, DEO ter. opt. max.

PATRONIS

1650, 7

Amplissimâ Facultate Juridicâ;

De **AMPLIATIONEM**

JURISDICTIONIS

pro DOCTORALI utriusque JURIS LICENTIA
obtinendâ

in almâ Hermundurêâ Universitatē;

5 1/2

In Acroaterio jctorum Petrino

Censura submittet erudita

PETRUS MUCCIUS VRAT.SIL.

Philos. Magister, & in Collegio Princi-

pum Collegiatus

Postridie Cal. Majas

A. E. C.

clō 16 C L.

Lipsiæ,

Ex Chalcographéo Hœniano.

STUDIIUM

D.D.D.D.D.

AUTOR.

L. T.

Ex-
um.
rab.
loff.
d d.

te-
ad-

STUDIIUM
D.D.D.D.D.
AUTOR.



VIRO THEOLOGO
MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO ET EX-
CELLENTISSIMO,
DOMINO

JACOBO VVELLERO

S. S. THEOL. DOCT. CELEBERRIMO,
SERENISS. ELECT. SAXON.

A CONCIONIBUS PRIMARIIS AULICIS ET
CONFESSIONIBUS SACRIS,

UT ET


**PROTOSYNE DRII ECCLESIASTICE
DRESDENSIS**

ADSESSORIGRAVISSIMO
DOMINO, ET DOMINO PATRONO

HOC INAUGURALE STUDIUM

D. D. D. ADD.

AUTOR.



I. N. D. N. J. C.
PRÆLIMINIUM.

Natura, & per hanc scientia natura,
quotidiè novas deproperat edere formas: quod
nemo quisquis etiam nitatur, negaverit: Idem
etiam de Republ. & ejus Gubernatrice Pru-
dentiâ dicendum arbitror: Etenim etiam ex
hac potissimos esse duos nostri Seculi fœtus, non
vereor assertum profiteri, AMPLIATIONEM JURISDICTIONIS
ET RATIONEM STATUS. Angenuinos, an abortivos, nullus di-
sputo: quamvis necessum habeam fateri, utramq; miris modis
torqveri, in alienos à Regiâ viâ gradûs; Idq; nec esse infre-
quens, nec minus solemne, in patulo est. Priorem jam exqvisi-
visse presumo, ratus propius hanc accedere ad eam, quæ mihi
jam, per id, quod nunc sustineo, officii genus, colitur sola, Poli-
ticæ partem, Jurium nimirum Prudentiam. Non etenim me,
adamata nequicquã, tueri poterat amplius, minima quæ dicitur
Studiorum, Silentii Libertas. Præfaminis igitur loco, deprecor
omnem, tam temeritatem, quam certæ alicujus Jurisdictionis
suggillationem: quarum utramq; fateor, aut potius testor, ab
hujus conatûs auspicio alienam esse, & exclusam. Consultâ e-
nim, quando ad talia deventum est, usum me esse negligentiam,
nec adeo tamen culpabili, patebit de proclivi iis, quos benigni-
ores habeborimatores; id non in minimis exculpationis po-
nens partibus, quod hanc viâ subterfugiam, per ignes doloso ci-
neri suppositos, vel tentare gressus periculosos, vel minari. Si
quodq; Methodus fortè culpabitur, & tractatio, tanquam man-

A

ca &

ca & mutila arguetur, promptam fero responſionem, conſultum
me duxiſſe, de Jurisdictione non ut ampliata, ſed ut ampliari
da eſt miſcere Sermones; quoniam videbar, & illo modo, ſi au-
derē, anceps, quod dixi, & difficile, ſcriptionis genus incurrere.
Omne enim, quod hic aſſero Legitimum eſt, & ipſa etiam propo-
ſita Ampliatio. Eam igitur, quæ patet, diſquiſitionem, ſi volupe
eſt, dignoſcere, integrū ſit Tibi, quivis es, Lector magne,
quemadmodum & mihi, qui jam Methodi gratiā diſtingvor
in certa Themata.

Thema I.

DE O autore, iſtos gubernante Labores, qui à
cœleſti majeſtate diriguntur; & cœpta feliciter per-
agentur, & Sparta ſuſcepta decorabitur, & honor ejus
ſuſtentabitur: Et ita animum ad DEI omnipotentis
erigo adiutorium, ut neque Studiis confidam neque
meis viribus, neque aliorum ductibus, neque meo ingenio. Sed
omnem ſpem ad ſolam referam ſummæ Providentiæ Trinita-
tis, unde & mundi totius Elementa proceſſerunt, & rerum diſpo-
ſitio in orbem terrarum producta eſt *l. 1. pr. C. de Vet. jur. enucl.* E-
juſdem æterno auxilio invocato *d. l. 1. §. 2.* à quo omnia noſtra
pendere competit, & in eum reſpicere & hoc eis principium eſſe,
& medium, & terminum. *Nov. 109. pr. & ita poſito principio de-
centi & amabili Nov. 6. pr. v. nos igitur f. eligendum fuit argu-
mentum, ex quo prævio Herennio Modeſtino notando & diſpu-
tando liceat profeciſſe l. munerum. 18. §. mixta. 26. ff. de muner. &
honor. Arcadius Charifius, lib. ſing. de muner. Civil. 16. & ideo
tum utiliſſima hæc, tum quotidiana, tum difficillima, tum nova pla-
cuit Materia, quam methodo certâ tractare aggrediar.*

Thema II.

Oportuit nempe utilem elegiſſe: reprobatur namque & exagitantur
à plerisque cordatioribus Philoſophantes in iis rebus, quas adver-
tente Seneca *l. 6. de Benef. c. 5.* nec ſcire compendium, nec igno-
rare detrimentum eſt ullum, ſimiles telis aranearum, quæ pluri-
mum

400.
mum habent artificii, minimum utilitatis, licet iisdem.
Tiberius Cæsar, mirum exercuerit Grammaticos, teste
Sveton. *in vita Tiberii cap. 20.* irrito planè acumine quo alià
in acinis Cerasorum. 150. imagines non sine jactantiâ exprime-
re possunt **Waremund.** ab **Ehrenberg** *in meditam. pro-*
fæder. part. 3. num. 39. quorum similium Catalogum texit
Dn. Ordinarius Carpzov. *in Disput. ad Arborem Consan-*
guin. & Affin. 1. tb. 1. ex Balthaf. Meisnero in dissert. de Antiq.
& vitios. Theolog. disput. rat. p. 482. & Autore des Binen-
forbs *p. 6. c. 5. p. 228.* Nectantam merent laudem, quantam
potuissent, de iis disputantes in Disciplinâ Juris, quæ in vitâ
communi, vel nullum omnino fructum & usum habent, vel nun-
quam in actionem hominum vel forum veniunt **Petr. Rebuff.**
in præfat. ad Cardinalem Verallum in Praxi beneficiariâ, sed
potius aliarum scientiarum Doctoribus uberiolem suppeditant
occasionem, invidiosè plurimos exagitandi, quasi istis noeniis o-
mnes annum addixerint, ut monet **Joh. Petr. Fontanella**
de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 5. n. 24.

Thema III.

Unde & quotidiana debuit esse materia *l. legavi 25. pr. de libe-*
rat. leg. Quamvis enim etiam raro & notabiliter contingentia
sciam pertractanda *l. item. 15. §. hoc edictum. 26. ff. de Injur. l. si ma-*
gor. 12. C. de legit. hered. §. Insula. 22. de Rerum Div. **Donellus**
1. Comment. cap. 15. f. Pacius Enantioph. Cent. 1. quæst. 10. attamen
cum turpe sit, nescire in quo Jure verferis *l. 2. §. 43. ff. de orig. Jur.*
arg. pr. Nov. LEONIS 17. talis eligenda fuit, quæ semper in Judi-
ciis verletur *l. cum non solum. 8. pr. ibi, & semper & c. C. de bonis quæ*
liber. & ita necessaria sit l. 1. pr. ff. de susp. tutor. l. certe. 6. §. quæsitum
est. 4. ibi, cottidiè enim. ff. de precar. quæque in ipsis rerum obtineat
argumentis Proæm. instit. §. cum q. hoc 3. Quales non sunt, famosa
A 2 Bono

Bononiensium Jctorum Disceptatio, an Chirurgus in Palatio venam incidens, incidat in poenam capitis, quod in Palatio sanguinem fuderit? apud Corasium l. 2. *miscell. c. 18. n. 9. 10.* & ad l. *quamvis 4. n. 8. C. de impub. & aliis substit.* Nec quaestiones ab Udalrico Zasio ad l. 3. n. 7. & 8. ff. *de Legib. relatae*, an is, cui abscissum est gladio caput, si contingeret eum reviviscere, capitali rursus sit mactandus supplicio? an Lazarus redivivus uxorem repetere potuisset? an fuisset denuo initiandus Baptismo? Nec aliam acquireret notam illa quaestio: cujus ovum fiat, à pluribus positum gallinis? Anton. Hering, *de fidejuss. a. 10. n. 108.* Nicol. Boërius ad *Consuetud. Bituricens. tit. 10. §. 1. gl. 1. f.* aut ab Oldrado in *Consil. examinata*, ut refert Anton. Tessaury *decis. 229. f.* an gallina prior sit ovo? an resurgens à mortuis rumpat testamentum Udalr. Zasius ad l. *Jura. 3. n. 5. de Leg. Clarus l. 3. sentent. §. testamentum, q. 86.* Sebast. Medices in *tract. mors omnia solvit p. 1. n. 145.* quas cum aliis ejus generis quaestis refert Dn. Carpz. d. *Disp. 1. de Arbor. Conf. & Affin. Th. 1* Finckelthuis, *Observ. pract. praefat. ad Lect. n. 12.*

Tmema IV.

Non nego multum subtilitatis latere in talibus quaestiunculis, unde & regeat quis, quod tertium requisitum in Tmema meo primo fuerit, ut materia sit *difficillima*. Verum difficilem quero, non quod subtilem aliquam talem vanitatem approbem, quae faciat scientiam magis ornatam & decoram: sed minus utilem & magis difficilem & laboriosam. Joh. Petrus de Ferrar. Papiens. Jctus in *Praxi aurea tit. 16. gl. 6.* sed ut difficultatem, cum utilitate jungam: cum, teste Seneca in *proem. Controv.* Nihil sit iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est, praeter subtilitatem. De tali etiam utili subtilitate intelligenda est mea mens, ut subterfugerem notatas à Matth. Wesembecio salebrosas materias, *praefat. institut. de Stud.*

401.
Stud. Juris rectè inchoando, §. his ita digestis p. m. 38. Substitutionum
utriusque quartæ, Falcidiæ, & Trebellianicæ, contributionum,
suitatis, regulæ Catonianæ, conjunctionum, juris accrescendi,
transmissionum, bonorum possessionis, stipulationum dividua-
rum, & individuarum, obligationum dandi & faciendi, natura-
lis & civilis, generis & alternativæ, ejus quod interest, æstimatio-
num, operarum, servitutum, manumissionum, liberalium caus-
sarum, possessionum, nudorum pactorum, exhæredationum,
præteritionum, quæ circa Liberos & posthumos versantur, Lega-
torum &c. Eam igitur innuens difficultatem, quæ cum utilitate
conjuncta est, de qua plenius consultandum *arg. c. ubi majus 3. de*
Elect. in 6to. cum voluptas ex difficilibus nascatur initiis, ut alicu-
bi dicit Plutarchus, & de tritissimo vulgiverbio sint *δυσκολὰ*
καλά; Difficilem eligendam præfinivi, cum animi sit humilis
& terreni, nil ultra terram sapere velle.

Thema V.

Novam etiam poposci, unde & nova suboritur dubitatio, an
simul nova possit esse, & cottidiana? Nec abs re est, contraria hæc
videri, tam sibi, quam menti Sacratissimi Imperatoris
proæm. Instit. & passim, in histor. Jur. cum omnes materiæ suam
repererint sedem *d. ll.* verum eadem diluitur id dubienum facili-
tate, quæ oblatum est, si dico, me non intellectam velle novam,
aliquam, ratione suæ constitutionis, sed ratione elaborationis.
Quemadmodum & ita vocem sumit Justinianus *Rubr. Constit.*
de novo Cod. fac. & l. si ve ingenua. 1. §. capitis. 8. ff. ad SCtum Tertyll.
& Orphyt. hæreditatem novam vocat, quæ novâ ratione defertur:
l. si obligatio un. ff. de Condiçt. ex lege, quam Reinh. Bachov
ad Hieron. Treutlerum: vol. 1. Disp. 23. Th. 1. lit. D. explicat,
quod in eâ nova lex non intelligenda sit nova ratione essentiæ &
materiæ, sed ratione efficacix & confirmationis: Et ita dixi deli-
gendam novam, ne videar ea, quæ prolixissimè de plerisque ma-
teriis dicta sunt à Doctoribus, singula repetiisse velle, sed, ut pa-
teat, ea quæ prius dicta sunt, ad certam materiam, ita novam
dictam applicari.

A 3.

Atqi

Thema VI.

Atque hæc omnia hæctenus requisita uno in sese complecti-
tur ambitu proposita velitationi **A M P L I A T I O** JURISDICTIONIS.
Utilissimam enim esse, vel ex unico nomine patet, cum quando
ampliationem dico; quæ utilis an sit, facile largitur quivis; cum
quolibet, facultates suas augere & ampliare potius, quam minue-
re præsumat *l. jubemus. 14. pr. C. de SStis Eccles. l. non intelligitur 3. S.*
Divi fratres 5. ff. de Jure fisci, tum quando Jurisdictionem, ubi pro
me in utilitate ejus commendandâ respondent tot, tantorumque
Nominum Jcti, qui materiæ huic operam locarunt. **Domini-**
cus Arumæus *Discurs. Acad. vol. 4. Disc. 16. p. m. 50. pr.* eam
præ omnibus materiis dignam judicat, cui animum, quam dili-
gentissime adjicias; & nullum ait in Jure locum esse, qui eam utili-
tate superet; ut merito dicat **Goveanum** *libr. de Jurisd. &*
Imperio omnis causæ obicem & repagulum hanc dixisse.
Anton. Lescur. *ad l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est. Jurisd.* sedem
esse vult, in qua omnes materiæ, tanquam in suo domicilio sua-
viter delitescunt, & finem expectant, unde & ulterioribus En-
comiis cum utilitas ipsa se ostendat *l. 1. ff. de in integr. restit.* super-
sedeo, ne videar supervacuis laborare impendiis, & solem certare
facibus adjuvare *c. si omnia. 7. causa. 6. q. 1.*

Thema VII.

Quotidiana quod sit, vel solæ jam enarratæ probant rationes,
& præter has publica, quæ prostant vota: Per quæ, quis nescit fo-
ri & Judicis solenne: **facere hoc vel illud pro amplian-**
dâ Jurisdictione. Quid enim in Judiciis frequentius, quam
de Judicis competentia, addo de connexitate causarum, de loco
contractûs, domicilii, delicti disputare ante, quam lis suo ordine
procedat? **Dom. Arumæus** *d. disc. 16. pref.* & eam frequenti-
am probant tot fora, tot Curia, tot Dicasteria, ubi quodlibet,
pro suæ laborat Jurisdictionis ampliatione. Unde & hoc loco fa-
cillimè, quæ mihi confidens *πληροφροεια*, merebor excusationem,
si quemlibet æquo animo accedentem Lectorem, laudavero te-
stem

stem, atq; omni omnino ita supersedero demonstratione, ac statim à quotidiana frequentia faciam transgressionem.

Thema. IIX.

Ad difficultatem, quam itidem tanto citius persvadebo quanto plenius compertum est, in simplici Jurisdictionis Themate, idem omnes hactenus ejus statuisse rimatores. Spissum enim & perplexum vocat argumentum **Tob. Paurmeister. de Jurisd. Imper. Rom. Epistol. dedic.** Difficilem & intricatam materiam **Johann. Monach. de Jurisd. pag. 1 f. Corasius l. 3. miscell. c. 17. n. 1 f. Et Duaren. c. 1. pr. ad tit. ff. de Jurisd.** existimant, nullum in jure tam salebrosum esse locum, quam illum de Jurisd. Unde & **Viglius** ad veritatem ejus inqvirendam, veteres **Jctos** ex inferis revocandos esse arbitratur. **Matth. Stephani in tractat. de Jurisd. (quem solertissimæ vocat Lucubrationis Mindanus in proem. lit. tr). l. 1. c. 1. n. 2.** Unde non immerito, id quod olim **Cæpolla Ictus in pr. tract. de Servitut. de materia prædiorum servitutum** dixerat: utilem eam quidem esse, sed ex adverso subtilem, accommodavero ad **Ampliationem Jurisdictionis.**

Thema. IX.

Novitas hujus materiae sola est dubiosa, vel potius *παρὰ δόξος*, & refutare me videntur posse innumeri Commentatores, & Scriptores, qui de Jurisdictione scripserunt, quorum copiosum, & Classem Homericam æquantem numerum refert **Joh. Monach. tr. de Jurisd. in fin.** & alii innumerabiles, qui de Accidentibus & qualitatibus Jurisdictionis, omnia studiosè, & sedulò perquirere conati sunt. Verum non incommodè opinor reponere, & in rem meam accommodare poterò, quod **Justus Lipsius, pro vindiciis sui instituti l. 1. Polit. c. 1. §. 4. Nf.** Tetigerunt utrumq; alii; sed si neminem distinctè aut plenè id amplexum dixerò, libera magis vox erit, quam superba. Quamvis enim aliqui fuerint, qui aliud agendo, quando de Jurisdictionis præscriptione, de prorogatione, de præventionem mentionem injiciunt, etiam hoc argu-

argumentum attigerunt: id tamen dicendum erit, quod Imperator Justinianus de antiquis legum compilatoribus, quod egena illorum inveniatur multitudo. *Const. tanta §. mirabile. 17. v. in presenti autem, de confirm. ff. ad Senat. & omnes pop.*

Thema. X.

Methodus etiam nunc commendatae haecenus materiae aptanda, quam cum Philosophis omnino communem agnoscunt Jcti, ut prolixè probat Christ. Ehemius *de Princip. Juris c. 7. & passim Arumæus vol. 3. Disc. Acad. 3. §. 1. lit. F. p. m. 48. Cagnolus de Reg. Jur. in Rubr. n. 4.* quantumvis dissentiente Joh. de Reberteriâ *disp. Jur. super Inst. l. 1. Prop. 1. p. 7. f. 2.* id quod demonstrant Jcti, qui nobis exempla Thematum simplicium, methodo alias Philosophis & Logicis propria tractatorum proponunt in *l. 1. ff. de susp. tutor. l. 1. de Excus. tutor. l. 1. ff. de Testâ. militis l. 1. §. 15. ff. de operis novi nunciat l. 1. ff. de doli mali & met. exc.* Proinde & ego huic Magistro Entium, ut ordinem indigitat Barthol. Socinus *l. 1. n. 4. ff. de acquir. vel amitt. poss. me submitto, quoniam maximè egregia res est. egregio illo Jcto Udalrico Zasio teste in l. quamvis 11. n. 9. ff. de in Jus voc. vim differendi conjunxisse legibus: ratus; ordinem cuncta dextrè disponere Balbus in tract. de prescr. pag. 7. n. 8. Borcholt de Feudis in proem. n. 1. planè nihil quicquam illo esse aut ad intuendum pulchrius, aut ad animi oblectationem jucundius, aut ad usum commodius Hieron. Alban. Bergomat. de potest. Pape. p. 1. n. 15. Joan. Capistrat. de author. Pap. p. 3 part. 2. n. 76. Sebast. Medices tract. de definit. p. 1. n. 15. res per ordinem intellectas, magis delectare animos, magisq; sensus illuminare, & memoriam redere clariorem. Schneidevvin ex Accurs. in Proem. Inst. pr. n. 1. & ordine neglecto sequi confusionem Franc. Solson. in Laud. Lucern. coll. 9. n. 3. ac insuper eorum videri frenatum per caudam Ware. ab Ehrëberg. de fœd.*

de fed. lib. 1. fol. 97. Ventura de Valent. in Partben. Litig. l. 1. c. 15.
n. 4.

Thema XI.

Illum autem constituo solemnem, ut (1.) à cognitione *Nominis* in confusam deducar rei cognitionem **Donell.** ad *Rubr. de condict. criticariâ* n. 2. & 13. *Comment* 6. quia rerum intelligentia à verborum pēdet intellectu **A. Gellius** l. 13. *Noct. Att. c. 10. & l. 1. c. 22.* cuius cura prior, quāvis rerū sit potior, ut refert ex **Plutarcho** in *Iside & Osiride Giphā.* in *præfat. partit. feudaliū Ritterschusii,* & neglectus vocabulorum rerum parit incertitudinem, sicut contra intelligentia cognitionem **Rutgerus Ruland.** de *Commiff. lib. 1. c. 2.* **Johan. Oldendorpius** *class. 4. act. mād.* quod etiam innuunt *Jcti* tam veteres, **Ulpianus** in l. 1. ff. de *Reb. credit.* & l. 1. ff. de *suspect. tutor.* **Paulus** in l. 1. §. 1. ff. de *Tutel. & passim.* quā recentiores **Zasius** l. 2. *intell. singul. c. 3. n. 6.* **Matthæacius** lib. 2. de *viā, & rat. jur. c. 12. n. 15.* **Francisc. Hottoman.** in *Orat. de Jcto.* **Matth. Wesembec.** in *consult. de jur. art. comp. 11. Rem ipsam cognoscam.* I. per *Partitionem seu enumerationem specierum,* quoniam *juxta Attaliatam* in *Synopsi Jur. tit. 3. f. acē n̄ diaigeōis* & *ὁ ὄνομα τῶν κατὰ ἐγγὺς τὸ πρῶτον ποιῶν.* II. per *scrutinium & explanationem substantialium,* quæ *Logici causas* vocant **Decian.** lib. 2. *tract. Crim. c. 2. & 4.* **Theodoricus** *Colleg. Crimin. Disp. 1. Th. 25. seqq. & III. per Definitionem* ex antedictis eliciendam, quæ ultimam præstat vicem, non ratione dignitatis, sed ordinis arg. l. 1. ff. de *Patē* l. 3. 4. 5. ff. de *pecul. l. 1. ff. de furt. l. 1. ff. de tutel.*

Thema XII.

In consideratione *Nominis* primum locum obtinet, *cognitio Derivationis,* seu *Etymologia,* de qua **Corasius** ad l. 1. ff. de *Just. & ju-* reveram hanc esse discendi rationem, ut ab *Etymologiā* incipiamus, quæ profectō rei propositæ vim aperit, ac non mediocriter illustrat, & **Franc. Mantie.** de *conject. ult. Volunt. l. 1. n. 1.* absurdum

B

esse

esse prius determinare velle, quam terminos intelligere, à quo diff.
Costalius in *Parerg.* n. 4. cujus & multa indicia & exempla in le-
gibus reperiuntur *l. 1. pr. ff. de J. & Ll. l. 1. §. 1. ff. de Offic. quæstor. l. 1. §. 1. ff.*
de pact. l. 2. §. 2. & ibi Alex. ab Immola ff. de reb. cred. l. 5. §. 3.
ff. de pecul. l. 1. pr. ff. de pos. l. 2. ff. de sponsal. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ibi Bar-
tol. l. 1. ff. de furt. l. 57. ff. de V. Sign. c. un. f. per quos fiat investitur. 2.
Feud. c. cum secundum 16. pr. x. de Prabend. & dignitat. c. placuit. 8. XVI.
9. 1. Propositi Thematis derivatio ea est, quod Ampliatio nomen
fortiatur ab ampliando, quod est augere, amplificare l. jubemus
nulli. 14. pr. C. de Sacrosanct. Eccl. Jurisdictio vero dicta est à Jure di-
cendo per ll. plur. 1. 14. 18. ff. de Jurisd. & alias, quas allegat Matth.
Stephan. de Jurisd. l. 1. c. 1. n. 10. Sichard. ad Rubr. C. eod. n. 1. Va-
conius à Vacunâ 6. declarat. 66. n. 1. Iohan. Corasius
3. Miscell. 17. pr. Ioachim. Matth. frater, Stephan. lib. 1. de
Jurisditione Judaicâ c. 1. Matth. Wesemb. Parat. ff. b. n. 2. non
à Jure & ditione, ut volunt gl. Bartol. ad l. 3. ff. de Jurisdictione
Azo, Fulgosius, Accursius, Zasius, Tiraqvell. Cy-
nus, rubr. ff. & C. h. t. refutati à Matth. Steph. d. r. l. 1. c. 1. n. 11. &
ante illum ab Andr. Alciato lib. 2. diffundit. c. 24. f. Anton.
Vacca in rubr. ff. b. t. Helfricus Hunnius de Jurisd. polit. pars
1. cap. 1. question. 1.

Thema. XIII.

Secundum hanc *Synonymia* habet sedem proximam, quam
si conjungam certo modo cum *Polysemia*, nemo facile mihi no-
vum opus nunciabit. Utramq; enim insumunt paginam, notio,
Justitia, cognitio, Imperium, potestas, Judicium, cōercitio, & ali-
a, quæ longa referre mora est: In Ampliationis voce itidem myr-
mecia *Synonymorum* promunt, Amplificatio, prorogatio, au-
gmentum, extensio, melioratio, & reliqua ejus de fermè notatio-
nis: Nec Græci desunt, qui suâ ferunt *Νομοθεσίαν* & *Δικαιοδοσίαν* de
quibus videri potest *Tob. Paurmeist. l. 1. de Jurisdictione Imp.*
Rom.

Rom. c. 1. n. 4. 5. Nec deficiunt Germani in suo potissimum foren-
si vocabulo *Serichte* Jurisdictionem indigitantes, & inde eandem
variè dividentes & separantes, In Ober- und Untergerichte / Erb-
und Lehngerichte / & alia Saxonum propria, quæ explicat. ibid.
Tob. Paurmeist. n. 16. ad f.

Thema. XIV.

Ultimum locum ratione ordinis, primum tamen facile ra-
tione difficultatis obtinet *Homonymia*, quam in utraq; hac voce
agnosco, insitam, & ita primò per *significationum remotionem*, de-
inde per earundem *positionem* præsumo cognoscendam: Et non
equividem me fugit ampliatiois vocem etiam pro dilatione, pro-
rogatione, comperendinatione sumi, à quibus quid differat vide-
re est brevitas ergo apud Simon. Schardium in *Lex. Jurid.*
p. m. 192. Jurisdictionis autem vox, quam variè variis pateat, videre
est apud omnes in unum qui hanc materiam tractarunt: ad quos
remitto, duas easq; potissimas saltem agnoscens significationes,
ut sumatur aut *generaliter & improprie*, pro omni etiam latissimâ
potestate, aut *specialiter & proprie* pro potestate de Jure cogno-
scendi. Nec obstant leges all. à plerisq; *l. si quis in jus. i. ff. si quis in jus*
vocatus non ierit. l. si quis ex alienâ s. ff. de Judic. ubi pro loco accipi
dicunt. l. 3. ff. de Jurisdic. l. 3. pr. ff. de postul. l. 1. pr. ff. ne vis fiat. ubi pro
notione fingunt dici; (quæ omnino pars est Jurisdictionis, non
Jurisdictio pars notionis, quod malè Anton. Matth. de *Judiciis.*
Disp. 2. Tb. 2. vult probare ex l. 5. ff. de Rejud. l. ult. C. ubi & apud quem
cogn. quas pro me adduco, & l. 99. ff. de ex Sign. ubi Jurisdictio speci-
aliter, & strictissime accipitur: l. Divus Pius. 31 ff. ad l. Cornel. de fals.
l. cum patrem familias. 2. C. de cōdit. insert. tam leg. quã fideic. l. in rē actio
1. C. ubi in rē actio l. si filia. 20. ff. sã. hercisc. l. post quã s. S. Imperator. i. ff. ut
Legatorū. l. est Jurisdictionis. 2. C. de bon. auth. Jud. possid. S. sed eas quidē
4. J. de Bonorum possess. l. de usu. 2. ff. de extraord. cognit. l. inter tutores 36.
ff. de admin. tut. l. filie. 88. v. subest illa ff. de solut. l. antiqua. 23. C. ad SCtum
Vellej. ubi dicunt pro Jure vel lege intelligi: l. in extremo. 5. S. 1. ff. ut
legat. sive fideicommiss. l. quamvis. 11. ff. de in jus voc. l. sciendum 36. ff.
de edil. edict. l. nam ut ait. 13. ff. de Legib. l. sed etsi 25. S. 4. ff. ex quib. caus.
major. l. 1. S. 1. ff. si quis Jus dic. non obtemp. ubi exercitium denotare
ferunt.

ferunt. Plures significationes adducit ex *Egvinario Barō. var. quest. 2. f. 1. Tob. Paurm. d. c. 1. & ad aliquot objectas leges, unde illæ elicitæ videntur resp. Henrico Bocer. de Jurisd. c. 1.*

Imema. XV.

Ostenso ita duplici significato, mentem meam quid intelligam, jam explico, per ampliationem nimirum amplificationem notari duco seu augmentum *arg. l. jubemus nulli. 14. pr. C. de SS. Eccl. vocem autem Jurisdictionis accipio παρὰ τὴν ἰσχύος l. 1. ff. unde legit. l. 2. f. ff. quibus ex caus. in poss. eatur pro potestate, tam statuendi, quam exequendi seu coercendi l. 1. ff. de Jurisd. l. 1. §. 4. ff. de off. ejus, cui mand. l. 7. §. ult. ff. de offic. procons. l. 1. ff. de off. prefet. urbi l. 9. ff. de off. prefid. Hieron. Treutl. Vol. 4. Disp. 3. Tb. 1. Dn. D. Polycarpus Wirth in annot. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 3. §. 1. ad verb. mixtum imperium: quippe hæc ita coherent, ut Jurisdictio non sit sine eorundem mistura & conjunctione Cujacius 21. Obs. c. 30. ut ita tam Jurisdictionem, quam Imperium complectatur Tob. Paurmeister de Jurisd. l. 1. c. 1. n. 3. f. Matth. Steph. l. 1. c. 3. n. 44. quia Jurisdictio sine imperio ridicula & nullius momenti, l. ult. ff. de off. ejus, cui mand. c. pastoralis 28. x. de offic. & potest. Jud. deleg. Scipio Gentilis, de Jurisd. l. 1. c. 2. n. 31. Atq; id eâ fini præmoneo, ne deinceps confudisse jure merito dici possim, cum non semper attento hoc, quicquid prostat discriminis, libero cursu me habiturus est ordo supra prescriptus: qui etiam monet, ut ulterius progrediar.*

Imema XVI.

Et ita nominum disquisitioni non adeo pertinaciter insistens, autore & monitore Andr. Gail. l. 2. de pace publ. c. 1. n. 15. ne potius Grammaticum aut græculū quendam agere videar Anton. Hering de fidejuss. l. 1. c. 2. Dom. Arumæus in tract. contractu. gen. Exerc. 1. §. 1. f. quoniam præ verbis potior rerum in omni tractatu venit habenda ratio, cum verba rebus, non res verbis noscantur deservire c. humane aures 21. XXII. q. 5. Andr. Gail. 1. Obs. 150. n. 6. Atq; adeo non valdè curandum sit de qualitate verborum, ubi de re ipsâ constiterit Reinking. de Regim. secul. & Eccl. l. 1. c. 1. n. 5. Devenio nunc ad cognitionem realem, quam uti *Imemate XI.* triplicem

405.
plicem feci, ita nunc ad primam ejus partem devenio, quam dixi
Partitionem seu divisionem.

Thema XVII.

Divisionem includo paucis, & quidem *Ampliationem* Jurisdictionis constituo *Generalem* & *Specialem*; *generalem* rursus vel *universalem* vel *particularem*. Non enim jam meas facere allubescit intricatissimas plerorūq; Jurisdictionis distinctiones, in *Jurisdictionem*, *Imperium merum* & *mixtum* l. *imperium* 3. ff. *h. t.* *Marta de Jurisdictione* p. 1. c. 8. n. 6. 7. in *voluntariam* & *contentiosam* l. 2. ff. *de Offic. Procons.* in *propriam* & *impropriam*, & hanc vel *mandatam* vel *delegatam* vel *prorogatam* *Dom. Arumæus discurs. Acad.* vol. 5. *Disc.* 7. §. 3. c. 6. §. 4. seqq. & *vol. 3. Disc.* 16. *Th.* 4. & quæ in foro Saxónico unica est divisio *Da. Carpz. Pr. Crim.* p. 3. q. 109. n. 15. in *superiorem* & *inferiorem*. Quoniam pleraq; deinceps hæc in evolutione causarum plenius futura sint patula, nec instituti patiatur ratio, ut inquiram in Jurisdictionis divisiones, cum disquisitio hæc potissimum propter *Thema* ampliationis sit instituta.

Thema XIX.

Generalis Ampliatio ea mihi est, quæ totam reddit amplio-rem potestatem, non habito respectu ad ullam causam, aut partem Jurisdictionis. Et ea designata est *Th.* proximâ, *universalis* quæ fit à summo Principe; in *Imper. Rom. Germ.* ab imperatore, qui eo respectu & *Terræ Dominus* appellatur l. 9. ff. *ad l. Rhod. de jactu.* modo quem ipse elegerit. & *particularis*, quæ fit ratione certæ alicujus *Provinciae*, in nostro *Imperio* ab *Electo*ribus, *Principibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Nobilibus* nonnullis, *Magistratibus* etiam *Civitatum Imperialium*, quemadmodum de illis recenset *Dom. Arumæus Disc. Acad. Vol. 4. Disc.* 16. *Th.* 3. l. E. De utraq; deinceps, quando in enucleatione causarum deventum fuerit ad personas ampliare potentes. Sufficiat interim hæc ita delibasse remissis ulterioribus ad sedem destinatam: atq; ita videnda etiam sequitur secunda pars divisionis quæ

Thema XIX.

Specialis est, quæ augustiorem format partem Jurisdictionis, adjectione potestatis cognoscendi & exequendi, in causis certis
B. 3. alias

alias non concessis. Quemadmodum est controversia inter Vas-
fallum & Dominum de materiâ feudali *i. e.* apud quem vel quos con-
trovers. feud. finitur, de usibus feud. lib. 1. tit. 18. Cognitiono Palatini ad
Rhenum de causis Imperatoris: Aurea Bulla tit. 5. Jurisdictio crimi-
nalis contenta in Recess. Impr. A. 1570. Jurisdictio militaris seu
castrensis, quæ secunda & obtusior ac plura manu agens calliditate
fori non exercet Cornel. Tacito teste Agr. 9. Jurisdictio Recto-
rum in Academiis Criminalis, de qua Dom. Arumæus Vol. 3.
Disc. Acad. 14. Tb. 75. p. 423.

Tmema. XX.

Altera pars disquisitionis realis constituta est Tmemate
XI. evolutio causarum, quæ in plenissimam deducere pollet co-
gnitionem, cum teste Philosopho rem scire, sit per causas cogno-
scere Aristot. l. 3. Metaph. c. 2. & perfectio cujuscunq; actus con-
sistat in conjunctione & disquisitione causarum: Bartol. in pro-
cem. ff. Dd. Comm. in procem. decretal. & in c. tua nos. 26. x. de sponsal.
Wesembec. in Isagog. ad. l. 1. Inst. pr. Hartm. Pistoris lib. 3. quæst.
Jur. 27. n. 35. In omni autem actu humano, ut plurimum quatuor
consideranda, videlicet Efficiens, Materialis, Formalis & finalis. Marac.
in specul. aureop. 6. Rubr. Ideoq; & hic istis insistendū duco vestigiis,
ut dividendo Efficientem, in immediatam & mediatam, hanc vel re-
motam vel propinquam, singulas brevibus percensere annitar.

Tmema XXI.

Efficiens immediata seu independens est solus Deus. Ipsa enim
natura dicitur, non modo omnes res à Deo pendere in suo esse,
& conservari, verum etiam ab eodem habere & mutationem con-
ditionis vilioris in meliorem & perfectionem in statu. Chri-
stoph. Beindorff. apud Arum. disc. Acad. vol. 3. Disc. 10. Tb.
48. Quemadmodum ab illa agnoscenda est omnis devenire po-
testas, Rom. 13. 1. & cap. quo jure 1. dist. 8. utpote per quem reges re-
gnant & Principes justa decernunt Proverb. 8. vers. 15. qui de gente
in gentem regna transfert Jerem. 17. vers. 5, qui Coronam impo-
nit, & purpuram donat, qui denique tot tantasq; in homines
explicuit libertates, quantas nulli majorum nostrorum unquam
dedit, ut piè inquit piissimus sacratissimusq; Imperator Nov. 28.

c. 4. f.

400.

c. 4. f. **Bornitius de Majestate c. 4.** Theodor. Reinking in
tract. de Regim. seculari & Eccles. l. 1. Cl. 1. c. 2. n. 3. Dan. Ottonis
diss. de Jure pub. c. 1. p. 36. 37. uti quoque Imperatores & Principes
Germaniæ se Imperatores vel Principes DEI Gratiâ scribunt
Wesemb. ad princ. proæm. Inst. n. 3. f. Bodinus 1. de Repub. c.
ult. n. 177. Matth. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 2. c. 7. n. 40 seqq. idque
speciali Privilegio Matth. Steph. ibid. Ventur. de Valent. in
Parthenio litigioso lib. 1. c. 6. n. 14. ideo propter, quia quatenus
sunt capita Imperii nullum alium externum Principem superio-
rem recognoscunt, Rebuffus tom. 2. constit. reg. tract. ut beneficium
ante vocationem & c. artic. 2. gl. 2. Menochius Conf. 2. n. 104. ita
& hanc Jurisdictionis Ampliationem ad solam ejus refero sum-
mæ Providentiam Trinitatis l. Deo autore 1. C. de vet. Jure enucl.
Const. de concept. ff. pr. hoc enim efficere posse cœlestis Providentiæ
peculiare est, humanæ autem imbecillitati nullo modo possibile
l. tanta. 2. C. de vet. jure enucl.

Tmema XXII.

Causa efficiens dependens sive mediata, itidem mihi du-
plex statui debere videtur ut supra Tm. XX. Remota nim. & Pro-
pinqua, ubi Remota & realis est Jus, idque vel commune, vel singula-
re. l. Centurio. 15. ff. de vulg. & pupill. substitut. Commune est, quod
communiter omnibus datur qui utuntur l. quedam. 2. ff. de Rerum
divis. seu quod omnibus vulgo probatur Connanus l. 1. c. 15. n.
6. à Philosopho dictum κοινὸν νόμισμα Aristot. 5. Eth. c. 1. quod
sic dicitur resp. singularis l. si miles. 7. ff. de injusto. rupt. & irr. test.
atque ita Constantinus l. 1. t. 6. κοινὰς νομοθεσίας τῆς τεσι τὰς κοι-
νῶς καὶ γενεσίμωσ παρὶ εἰσαχθείσας interpretatur: & hoc Jus vide-
tur quodammodo esse naturale, cum cuilibet naturale ἐμφυῆς, & in-
ditum sit facultatem suam & Jurisdictionem augere & ampliare
l. jubemus. 14. C. de S. S. Eccles. quodammodo Civile, cum lex aut
Senatus consultum ita disponat non habito resp. ad certam perso-
nam Tusch. Concl. Pract. tom. 6. concl. 744. & ex hoc communi
jure, quilibet suam auget Jurisdictionem, nec opus est ut
ipsi concedatur, aut mandetur, & ita l. tuto. 6. §. tutoris. 2. ff. de
tutel.

cautel. intelligitur, cum l. quacumq; 1. pr. & §. 1. l. 2. ff. de off. ei. cui.
mand. est Jurisd. l. cum hi 8. pr. & §. si prator. 17. ff. de transact. l.
1. §. suspecti. 11. ff. ad SCt. Turpill. l. 1. §. damus. 3. ff. de susp. tut. §. 1.
Inst. eod. fufius explicat Matth. Steph. de Jurisd. l. 1. c. 4. p. 1. quæ-
nam verò sint hæ cauffæ, quæ ex Jure competunt, explicat
Suthold. de Jurisd. tb. 156. commendatus hoc nomine Dn. D.
Wirth. in Not. Treutl. vol. 1. Disp. 3. Tb. 2. lit. D. ad verba, lege datur.

Memoria XXIII.

Singulare Jus, quod ampliari potest Jurisdictionem, est,
quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem autho-
ritate constituentium introductum est l. Jus singulare. 16. ff. de Legib. l.
44. §. 1. ff. de acquir. vel amittend. possess. leg. 44. §. 3. ff. de usucap.
Connanus comm. l. 1. c. 15. n. 5. Turamin. in lib. singul. de Legib.
ad d. l. 16. & hic æquipolet Privilegio, seu juri benigno l. 15. ff. de
reb. cred. l. 23. §. 3. ff. de fideicom. libert. Rævardus Comm. ad tit.
Pandect. de divers. regul. Jur. l. Cajus. 100. quod etiam prærogativa
dicitur l. fin. C. de fructib. & litium expens. & lex privata Can. ult.
XXV. q. 1. quod datum est certæ personæ indirectò, concessis nimi-
rum Juribus id importantibus, Hunnius de autor Jur. c. 12. Et hoc
mihi est vel publicum Imperantis, vel privatum parentis.

Memoria XXIV.

Imperantis & publicum Jus, (quod ita dicitur ad differen-
tiam Juris communis, cum publicum sit, cujus usus communis est,
proprietas fit occupantis; commune, cujus usus & proprietas nul-
lius est. §. flumina. 31. Inst. de Rer. Div. & ibi Wesembec. Forca-
tulus in Dial. 84. Necyomant.) ampliat Jurisdictionem, si Jus ter-
ritorii, aut circumstantia facti, aliquid, ipsi confert, unde
possit speciale aliquid alii non concessum exercere. Ex-
empli loco sit, quod Jure Civili à Præfecto Prætorio appellare
& contra ejus sententiam in integrum restituere alii, (nisi
ipsi. l. præfecti. 17. ff. de Minor.) non licebat l. un. ff. de Off. præf. præ-
tor. speciale Jus superioritatis erat; quod ab Electore Saxonie ap-
pellare non licet, Jus privilegii est, dati à Ferdinando Impera-
tore Anno 1559. Dn. Ordin. Carpzov. Dissert. de nõ Appellado c. 2.
Tb. 21. quod Electori Palatino cognitio cõpetit de causis Impera-
toris

407.
toris jus ipsi concessit *A. B. tit. 5. ubi Buxtorf. Concl. 66.* quod quibusdam territoriis cohæret cognitio in Criminalibus, quibusdam vero denegatur, ratio est, quia illis omnimoda Jurisdictio concessa est, his denegata: quod Rector Academiae hujus Lipsiensis avocare potest subditum universitatis ad tres Diœtas, Privilegium publicum est imperantis. *Fridericus Bensold. add. ad Matth. Decis. 296.*

Tmema XXV.

Parentis & privatum Jus singulare est, quod ex persona subditi proficiscitur, & ampliat Jurisdictionem ejus ad quem pertinet. Quod apparet ex Studio sive subdito Jurisdictionis Academicæ, qui non tenetur stare coram alio nisi suo Magistratu *auth. habita C. ne filius pro Patre, & ibi Dd. Commun. præcipue Donell. ad h. auth. Joh. Limnæus Jur. publ. l. 8. c. 9. n. 28. Dn. Carpzov. libr. 2. Respons. tit. 2. resp. 32. n. 14. seq. etiam in reconventionem Hunnius ad d. auth. habita c. 2. quæst. 3. Sichard. ad l. cum Papi-
mianus. 14. C. de Sent. & interloc. Jud. ex Clerico, qui non potest conveniri coram Laico t. t. X. c. 2. de foro compet. in 6to l. 25. l. 33. & auth. causa, auth. Clericus, auth. Statuimus C. de Episcop. & Cleric. c. 4. e. cum non ab homine. 10. X. de Judic. Novell. 123. c. 22. & 23. Mynsing. Centur. 1. obs. 106. pr. quam Observ. examinat Gædd. in tract. de Segvestr. c. 1. n. 38. ex milite, qui respondere tenetur tantum de negotio Civili vel Criminali illi sub quo militat l. alterius. ult. ff. de accus. & inscript. l. de militibus 9. ff. de custod. & exhib. reor. l. 4. §. 5. l. fin. ff. de re. milit. Jacob. Cujacius in l. proposuisti 19. de foro compet. Francisc. Hotromann. qq. ill. 27. Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 122. seqq. Alia privilegia recensui infra Tmemate XXXVII. seqq. ubi apertus campus aperitur. *Hac de causa efficiente remota & reali.**

Tmema XXVI.

Propinqua seu personalis mediata efficiens causa sunt personæ, quibus tanquam mediis Deus supremus Jurisdictionis Præses, utitur ad eandem ampliandam. Hæ vel sunt *Principes, vel Magistratus seu Domini Jurisdictionis*. Ita enim placet dividere; quippe sic
C etiam

etiam cum ipsis cunabulis Jurisdictionis concordare videtur. :
Cum enim quidam ingenio essent tardiori & hebetiori, ut quæ Jus
Naturale vel præcipit, vel vetat, vel permittit, ipsi satis non in-
telligerent, nec ad pacta & negocia applicare possent, unde callidi,
& fraudulentum, item ambitiosi & violenti homines, maximè si di-
vitiis & opibus eminent, occasionem accipiebant premendi
multitudinem: Seqvebatur ut oppressi ad unum aliquem confu-
gerent virtute præstantiorem, qui cum prohiberet injuria tenui-
ores, ut inquit Cicer. lib. 2. Offic. æquitate constituendâ summos
cum infimis pari jure retinebant. Sic ex Hebræis refert Selden.
l. 1. de Jure naturali & Gent. juxta Hebr. c. 8. Abrahamum ut habe-
tur Gen. c. 1. vers. 8. Geraritas convivæ & postea confœderatos
suos viam seculi docuisse, eaqve propter Princeps DEI in populo
salutatus est Gen. 33. vers. 6. & hoc ipsum officium fecit, ut ab effe-
ctu qui illud exercerent reges dicerentur; propterea namq; ab ini-
tio Reges creati sunt, ut populis damna patientibus in foro legiti-
mè res suas restituerent teste Hesiodo in Theogon. idq; suaden-
te magis autoritate, quam jubendi potestate, ut de principibus
Germanorum Tacitus de Morib. Germ. de Gallorum Cæsar. l.
5. loquuntur Dn. D. Wirth, in animadversionibus ad Treutl. MS.
vol. 1. Disp. 3. th. 1. lit. i. voce Jurisdictio. Illi autem (Principes) am-
pliant Jurisdictionem vel propriam, seu quam ipsi exercent vel im-
propriam, seu quam aliis exercendam commiserunt: Hi autem
[Magistratûs] ampliant tantum Jurisdictionem propriam, seu
eam quam habent; Quamvis enim dici possit, quod Principes
itidem tantum propriam habeant Jurisdictionem, & sive ipsi ex-
erceant, sive per alium una & eadem sit Jurisdictio. l. 1. §. t. t. ff. de
L. Jul. Ambitûs Baldus vol. 3. Consil. 16. Wesembec. in Paratit.
b. t. n. 9. eam tamen Jurisdictionem quam concessit alii, ipse non
habet, nisi fortè per reciprocationem, & ex eâ ratione, quia ab eo
tanquam à fonte omnis potestas fluit, & ad eum, tanquam ad ma-
re refluit. Baldus in c. 1. §. ad hoc, de pac. jur. firmand. Menoch.
in tr. de presunt. lib. 2. presunt. 4. n. 14. Paurmeister. l. 2. cap. 4.
num. 20.

Prim

400.

Tmema XXVII.

Principes ampliari potentes Jurisdictionem eos intelligo, qui nullum, nisi DEUM superiorem recognoscunt, *Nov. 6. pr. Nov. 28. cap. 4. §. harum. 2. f. l. 1. pr. C. de Vet. Jure enucl.* & ita potestatem habent suo Jure *l. more 5. ff. de Jurisd.* Ut etiam contradistingvere non veritus fuerim Magistratibus: cum Princeps talis non sit Magistratus, sed causa magistratus, non Dignitas, sed culmen Dignitatum, & principium. *Matth. Steph. l. 2. p. 1. c. 1. n. 2. 3. vid. Arnold. Clapmar. de arcan. rerum. publ. p. 2. c. 4. Vincent. Cabotius. 1. disp. Jur. publ. & priv. c. 7. Hilliger ad Donellum l. 17. c. 7. fol. 54. seq. Diss. Bocerus de Jurisd. c. 8. n. 53. 54. 71.* Et hi, quemadmodum habent jam summam & perfectam potestatem, ita vix possunt eam augustiorē reddere; cum potestas illa perfecta sit & omnibus suis partibus constet *l. 1. ff. de Orig. Jur.* Non tamen planè ipsis volo denegatum, cum pateat id quotidiè fieri, quod potestatem suam & propriam extendere, augere, vel ampliari præsumant. Unde etiam generale est, ac omnium pœne Nationum aut Gentium Jus, ut adstringant suos Principes ad tuendam augendamque potestatem *Matth. Steph. d. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 1. n. 15.* quò vita sit subditorum opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honesta: *M. Tull. Cicero lib. 8. ad Attic. Epistolâ 12.* quemadmodum de Mexicanis prodit *Lopez Gomara in Historiâ Mexicanâ* quod suum regem jurare cogant, se effecturum, ut Sol cursum splendoremque suum teneat, nubes pluant, rivi currant, & terra producat omne genus frugem: ac de Burgundionibus *Ammian. Marcellin. 28. 30.* quod depellant Regem, *Hendinon* dictum, si fortuna belli sub eo titubarit, vel segetum copiam negarit terra: Sicut & *Ægyptii* suis Rectoribus talia adscribere solent, referente *I. Lipsio l. 2. Pol. c. 6. num. 2.*

Tmema XXVIII.

Et Princeps quidem ipsâ naturâ spontè ad Ampliationem incitatur, quia quò augustius, amplius, & potentius quodque est, eò firmitus, tutius & diuturnius habetur *Chr. Besold. l. 2. cap. 8. Polit.*

Polit. §. 4. n. 25. Sic in nostro Imperio Romano-Germanico summus Imperator Augustus ab augendo (non ab augurio, ut putant Sueton. in Augusto c. 7. Corasius lib. 3. miscell. 22. n. 6. 7.) denominatur, uti etiam dicitur *Semper-Augustus* zu allen Zeiten Mehrer des Reichs. Kirchner. *disput. de Repub. 15. Th. 1. 4. Camman. 1. Th. 109.* [non errore Consiliariorum, Aulicorum, & veterum glossatorum, ut vult, præcipuè contra Accursium, Melchior Goldast. Haimensfeld. in *Rational. tom. 1. Const. Imper. ab Hadriano IV. Pontif. Rom. & Friderico I. Imper. p. 65.* sed jure dictante *Novell. 60. 63. 66. f. 83. f.* Joh. Limnæus de *Jure publ. vol. 1. l. 2. c. 1. n. 30. 31.* Dn. Ordinarius Carpzov. in *Leges Regiæ German. cap. 4. Sect. 5. n. 2.*] quod ejus officium sit augere, ampliare, & extendere, *Nov. 11. pr. Nov. 24. pr. Nov. 30. pr. Nov. 26. pr.* Bocerius de *Regalibus c. 4. n. 24. add.* Engelbertus Abbas Admontensis de *ortu & fine Rom. Imper. c. 18.* Francisc. Duaren. *Commentar. in 1. part. Pandect. c. 1.* Wesembecius, Mynsinger, Borchold, Schneidevvin, & Dd. commun. ad *proem. Institut.*

Thema XXIX.

Impropriam ampliat Jurisdictionem, supremam habens potestatem, & legibus omnibus omninò, etiam naturalibus solutus Princeps l. 31. ff. de LL. qui eam Jure proprio, non alieno beneficio habet l. more 5. ff. de *Jurisd.* Reinking de *Regim. secul. & Ecclesiast. l. 1. d. 5. c. 1. n. 13.* per concessionem vel per communicationem specialiter tribuendo ea, quæ non competebant ante Jure Magistratûs l. 1. ff. de *offic. eius cui mand. est Jurisd.* idque potissimum fit Jure Regalium, quibus Jurisdictio amplianda cohæret *per text. in tit. feud. quæ sint regalia libr. 2. tit. 57.* Bocerius *cap. 2. de Regal. n. 247. p. m. 215.* seu Jure Majestatis, (quam tantummodo realem dari exclusâ personali statuo) Mascard. *Concl. 1054. n. 2.* Menoch. de *presumpt. 14. n. 2.* Wesembec. in *Paratit. de Jurisd. n. 9.* Besold. l. 1. *Polit. c. 2. §. 3. Th. 26. pag. m. 76. seqq.* ex quâ concedit plenissimam Jurisdictionem, si forte antea tantum habuerint plenam, & eâ concessione etiam merum venire Imperium, mea omnino
mens

409.
mens est, quoque in Clem. de for. compet. arg. l. 7. §. fin. ff. de offic. ejus. cui mand. Cujacius. 4. feud. 19. Matth. Steph. in Synops. Jurisd. c. 10.

Thema XXX.

In Imperio Romano præcipuè Privilegium hoc ampliandæ Jurisdictionis habet Imperator, qui tribuit etiam omnem Jurisdictionem creando, confirmando & præstando auctoritatem. Joh. Monachus *tr. de Jurisd. c. 5. n. 2. f.* qui & pro meâ sententiâ probat Jurisdictionis concessionem totalem ac ita utiqve etiam partialem fieri non abdicativè, sed cumulativè *n. 9. per tot. (ubi & plurimos recenset hujus questionis rimatores Schrader. de feud. p. 10. Sect. 1. n. 124. seqq. Menoch. l. 1. de arbitr. Jud. quest. q. 4. & l. 4. quest. 2. item de præsumt. 2. 18. per tot. Mynsing. 6. Obs. 99. Wesembec. Consil. 95. n. 27. sed licet in amplissimâ formâ alicui concedatur Jurisdictione, nihilominus tamen supremam Jurisdictionem concedentem Imperatorem sibi reservare rectè volunt Petra de potest. Princip. c. 9. Besold. de appellat. c. 2. §. 16.*

Thema XXXI.

Idem Privilegium possunt etiam in suis regnis impertire Rex Galliæ, Petr. Anton. de Petra de potest. Princip. c. 3. q. 4. n. 32. Bodinus de Republ. l. 2. c. 11. Rex Hispaniæ, Petr. Gregor. Tholosan. libr. 6. de Repub. c. 13. n. 26. non tamen id facere potest in Ducatu Burgundiæ, ubi nō est supremus magistratus, sed vassallus Imperii Andr. Gail. de Arrest. Imper. c. 6. n. 15. Regina Succiæ, Rex Dania, Philippus Honorius *Thes. pol. p. 1.* Rex Angliæ, Stracha de Mercatur. p. 4. n. 27. & omnes omnino in suis provinciis superiorem non recognoscentes. Besold. *disp. pol. Cl. 1. disp. 5. Th. 18.* Non etiam id juris, ut possit Jurisdictionem ampliare, habet Pontifex, quamvis id sibi tribuat. *in c. Constantinus 13. dist. 96. in c. venerabilem. 34. X. de Electione & electi potest.* ridiculum enim dictu & abominabile auditu existimat Ferrariensis *in formâ libelli action. confessor. gl. 7. ad verb. plenam & omnimodam* agnoscere Papam, tanquam habentem supremam Jurisdictionem

secularem. Muscul. *de success. anom. cl. 1. memb. 1. concl. 2. n. 162.*
Guilielm. Barclaj. *de potestate Papæ. c. 2.*

Thema XXXII.

*Magistratus seu Domini Jurisdictionis ampliant Jurisdictionem, quam habet jure proprio acquisitam l. 1. pr. vers. quæ vero ff. de off. ejus, cui mand. l. 2. §. 13. & §. 27. ff. de Orig. Juris c. ubi peculium. 3. §. porro, de Elect. in 6to. Wesembec. in Parat. ff. de Jurisd. num. 11. Et ita non deneganda est ampliatio Jurisdictionis Principibus Germaniæ jure proprio possidentibus Besold. l. 1. Pol. §. 2. §. 3. Th. 26. n. 2. quam habent vi investituræ in summam potestatem, ut quivis eorum tantum possit in suis Provinciis suoque territorio, quantum Imperator in Imperio Wegen der Landesfürstlichen Obrigkeit Achat. Enenckel. *de Privileg. l. 1. c. 4. n. 10. Reinking tract. de Regim. secul. & Eccles. l. 1. cl. 5. a. 2. n. 6. & c. 3. n. 3. & cap. 6. Petrus Heigius in Juris question. p. 1. q. 2. n. 17. seqq. Dn. Carpzov. ad L. Reg. c. 1. sect. 12. quod nec ignoravit, quem nihil ignorasse prædicavit Jason. (Kirchner. 2. legat. 1. n. 7.) Baldus, qui pro Regibus habuit Germaniæ Principes ad l. ult. C. de testamento milit. Camera Imperialem vero non habere Jus ampliandæ Jurisdictionis, patescit ex Thom. Michael. *de Jurisd. concl. 11. 31. 32. cui subscribo.***

Hæc de Efficiente.

Thema XXXIII.

Efficienti causæ succedit Materialis. Materia autem ampliandæ Jurisdictionis consideratur vel ut est in quâ, vel ut est circa quam. In quâ ex mente Logicorum est subiectum, πρὸς τι & inhesionis Frantzck. apud Arumæum. Tom. 3. Jur. pub. Disc. 26. circa quam est objectum ἀπὸ τῆς φύσεως & tractationis: Non immeritò igitur id fecisse videbor, si primùm subiectum consideravero Jurisdictionalis ampliacionis. Quod est vel territorium, vel persona. Illud mihi κατ' ἐξοχήν subiectum inhesionis nuncupatur, hoc subiectum adhesionis dicitur.

Thema XXXIV.

Subiectum inhesionis est Territorium, quod commune Nomen est,

est, cum districtu, Comitatu, & Diocesi ut autor est Spigelius
in *Ligurinum referēte Schardio in Lexic. voc. Districtus*, univer-
sitas agrorum intra fines, cujusq; Civitatis, cui cohæret Jurisdi-
ctio describitur *Evignard. Baro in l. 5. de Jurisd. Forcatul. in Necyo-*
mantiâ dial. 73. n. 4. melius à Joh. Monach. de Jurisd. c. 2. n. 4. Lo-
cus, quo clauditur & terminatur Jurisdictio. In territorio inest Ju-
risdictio passivè & materialiter velut in re inanimatâ; in magi-
stratûs vero personâ activè & formaliter, tanquam in subjecto a-
nimato, inquit Baldus in l. 1. §. initio. 4. n. 2. ff. de pref. urbi. & in §. ad
boc. n. 5. & 6. de allod. Jason. l. 1. n. 15. de Jurisd. Boërius decis. 227. n. 7.
Hieron. de Monte in tr. fin. reg. c. 11. n. 15. Wefembec. in Paratir.
de Jurisd. n. 10. pr. Hinc etiam dicitur communiter cohærere terri-
torio Jurisdictio d. l. 1. §. 4. ff. de off. pref. urbi. l. quicumq; 2. C. de fundis li-
mitroph. lib. 11. ac ita radicata esse in territorio, ut nebula super pa-
ludem Natta Consil. 149. n. 19. tom. 1. Hier. de Monte in d. tr. fin. re-
gund. c. 77. n. 1. Unde cui in certas personas Jurisdictio est, territo-
rium habere fingitur Chassanæus ad Consuet. Burg. de iust. §. 1. n. 16.
Verùm ego statuo cū Laur. Sylv. de feud. recogn. quest. 19. n. 8. Jurisdi-
ctionem esse posse, etiam sine territorio, atq; ut hinc patet, etiam
Ampliatio.

Tmema XXXV.

Subiectum adhesionis dico Personam, eam scilicet, quæ habet
Jurisditionem. Unde non confundendum erit quod supra dixi
Tmemate 32. Magistratum esse causam efficientem ampliandæ
Jurisditionis, hic iterum esse subjectum, in quo ampliatur Juris-
dictio. Ibi enim sermo fuit de acquisitione ampliacionis, seu quæ
personæ ampliare possint? hic quæstio est, in quibus personis am-
pliari possit? Quas statuo Magistratûs, qui habent Jurisdictionem.
Si enim Jurisdictionem non habent, nec in his aut per eos, id, quod
non habent ampliari potest; Quia jus dicens extra Provinciam, in
quæ Jurisdictionem habet privati loco est l. preses. 3. ff. de off. preside
l. observare 4. §. ult. ff. de offic. procons. & ei impunè non paretur l. extra
20. ff. de Jurisd. Herm. Vultej. l. 1. discept. schol. c. 1. Magistratum
autem personis adhærere ampliacionem Jurisdictionis, patet ex
Belli

Belli Ducibus, & Rectoribus quarundam Academicarum, quibus omnimodam Jurisdictionem nequaquam denegabo, qui licet nullum omnimodo quandoque habeant territorium, tamen Jus habent Magistratus, quod ipsis est loco territorii Matth. Steph. de Jurisd. lib. 1. c. 33. n. 7. Hartmannus Hartmanni lib. 2. Obs. Pract. tit. 1. Obs. 14. quod etiam patet ex natura Jurisdictionis. Namque; 1. cum Jurisdictio sit potestas, omnino personam eam habere necesse est, quæ exerceat potestatem. 2. cum consistat in statuendo & exequendo jure, persona requiritur, quæ statuat, & exequatur. Bocerus de Jurisd. c. 8. n. 16, & olim ita sensisse Icos ex Bartolo patet in l. 1. n. ult. ff. de Jurisd. & Petr. Jacob. Aurelian. in pract. aur. libell. Rubr. 12. n. 4. quorum ille dicit, Jurisdictio non coheret proprie territorio, sed terminatur territorio: Personis autem inhaeret, & personarum est: hic ait; Licet Jurisdictio concernat territorium, attamen ipsa non debetur praedio sed personæ.

Tmema XXXVI.

Materia circa quam, seu Objectum Ampliationis Jurisdictionalis sunt causæ, earumque; tam cognitio quam executio. Supra enim Tmemate XV. ostensum dedi Jurisdictionis voce Imperium merum in hac dissertatione comprehendere. Non autem ullum relinquit dubium, quod ubi imperium est, ibi etiam sit penes cognitionem executio Dd. comm. h. t. Causas autem intelligo omnes tam civiles, quam criminales, tam ordinarias, quam summarias. Non enim mihi placet, nec quadrat huc, quam Bernhard. Suthold. Diss. de Jurisd. Tb. 143. seqq. ex Francisco de Claperiis conclus. ult. allegat, & prolixissime refutat, enarratio civilium negotiorum speciatim tribuendorum; cum ea saltem ad specialem ibi tractatam Jurisdictionis partem accommodata sint. Divido saltem causas, quod quaedam quarum ratione ampliatur Jurisdictio, ex personâ veniant, quaedam ex negotio gesto, seu qualitate rei petita, prout etiam distinguit Matth. Steph. l. 1. c. 31. n. 20.

Tmema XXXVII.

In causis ampliandis quæ ex personâ veniunt, reponenda sunt Domicilium & Privilegium. Domicilij ratione ampliatur Jurisdictio,

dictio, quando quis ex eo forum sortitur *l. heres absens. 19. §. 1. ff. de
Iud. l. 2. C. de Jurisdic. & cum, ut acquirendi, ita ampliandi ordina-
rium & proprium modum haberi, communis est opinio *sec. Felin.
in c. fin. n. 23. x. de for. compet. idq; domicilium vel est originis vel habi-
tationis vel commune. Iis omnibus indistinctè ampliari Jurisdicti-
onem verius puto. 1. Ampliatur namq; Jurisdictio, si quis vocetur
in Iudicium, ubi locum *nativitatis* habuit, licet ibi non habeat do-
micilium, specialiter sit dictum *l. 6. §. 1. ff. ad municip. Boërius decis.
13. Match. de Afflictis decis. 384. & ibi in add. 2. Ampliat etiam lu-
risdictionem domicilium habitationis l. 5. & 6. C. de incolis lib. 10. ut
actor eligat, utrum in loco domicilii, an in loco rei petite sita
convenire reum malit, Vultej, *ad l. 1. C. ubi in rem act. n. 6. Diff. Do-
nell. l. 17. Comment. c. 7. refutatus à Vultejo d. l. 1. n. 9. seqq. & l. un. C. ubi
de possessione agi oporteat. Circa locum domicilii autem, non tan-
tum inspicitur tempus movendæ actionis, ut putat Donellus
17. Comment. 12. sed etiam contractus l. 2. C. de Jurisd. quia statim ex
contractu Creditori jus quæsitum in loco domicilii conveniendi
debitorem, cum quo fortè aliàs non contraxisset, adimi non de-
bet Reinh. Bachov, *ad Freutler. Vol. 1. Disp. 3. Tb. 8. lit. D. 3. Et Com-
mune domicilium anget Jurisdictionem. Quemadmodum olim
Romanam, quod communis patria erat Roma, augebat, quoni-
am omnis ibi poterat conveniri l. 28. §. 4. ff. ex quib. caus. major. c.
ule. x. de for. compet. Joach. Steph. de Jurisd. Roman. c. 1. n. 15. Sic in
Electoratu Saxonie amplior redditur Jurisdictio Curie supremæ,
ex domicilio communi, quod omnes ibi Landsassii, qui & Schrift-
fassii conveniri possint Berlich. p. 1. concl. 3. p. 1. Ziegler. *ad Concl.
Calvolii concl. 1. §. 3. v. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 142. p. m. 115.******

Tmema XXXIIX.

Privilegium personæ concessum ampliatur Jurisdictionem
quando non tenetur subditus Jurisdictioni præfinitæ stare coram
alio iudice, nisi quem Privilegium destinavit. Exempla possunt da-
ri in causis militum, Clericorum, studiosorum *de quibus supra tm.
25.* quibus junguntur causæ pupillorum, viduarum, aliarumq; mi-
serabilium personarum, quas extra provinciam evocare vetitum

D est

est si contra un. C. quando Imperat. inter pupillos, vel iduas, vel alias miserabiles personas, cum illi alios bene evocare possint Theflaurg decis. 177. n. 2. seqq. Covarruv. Practic. quæst. c. 5. & 7. Vultejus add. Lun. n. 7. Treutler. Vol. 1. Disp. 3. Tb. 10. lit. A. seqq. est de Iure Camerae Andr. Gail. 1. Obs. 1. n. 40. Rosbach. Praxi Civil. tit. 3. n. 15. causa feudales coram Domino feudi expediendæ c. ex transmissa 6. c. verum 7. x. de for. compet. Hænon. ad Pandect. disp. 3. Tb. 10. lit. B. nisi sit lis inter Vasallum & Dominum, ubi coram paribus Curia ab utraqvè parte electis excutienda. v. un. f. de prohibi. a feud. alien. per Frideric. c. un. §. fin. x. quo tempore miles. Mynsinger. 5. Obs. 75. qui id negat de Reconventione. 4. Obs. 90. Zainger de Except. p. 2. c. 1. n. 105. Causæ civiles coram civili c. licet 10. x. de for. compet.

Thema XXXIX.

Cause ampliæ, respectu negotii gesti, sive ex qualitate rei, sunt, quæ considerantur vel ratione Loci, qui est aut contractus, aut delicti aut rei litigiosæ, vel ratione cause quæ est seu connexa, seu pendens, seu reconventionis.

Thema XL.

Locus contractus ampliæ Jurisdictionem, quando persona extranea stare cogitur coram alieno Iudice. Ubi enim quis contraxit, ibi se si cum eo agatur defendere debet l. heres. 19. §. 1. 2. de Iudic. licet sit Clericus, aut incola, aut domicilium non habeat c. dilecti filii 17. ubi Socin. n. 7. c. fin. x. de foro compet. sive ibi se soluturum promiserit sive non. Matth. Steph. de Iuris. l. 1. c. 29. n. 5. seqq. quævis alias locus contractus dicatur, ubi solutio faciendæ est. l. 22. ff. de oblig. & act. l. 3. ff. de reb. auth. jud. poss. uti etiam intelligendæ est. l. eum qui 43. ff. de Iud. Et. l. 16. §. 1. ff. de constit. pecun. ubi dicitur in loco quocunq; conveniri posse habili nempe, sive domicilii sive contractus. Bachov. ad Treutler. Vol. 1. Disp. 23. Tb. 3. Duaren. in comment. ad tit. de eo, quod certo loco per. Costalius l. 1. eod. Donell. ad l. centum Capua 8. n. 6. & tit. 18. Comment. cap. 19. fol. 86. Excipiuntur qui in loco contractus conveniri non possunt, adeoq; nec hoc modo ampliæ Jurisdictionem. 1. Advena statim recessurus, nec habens ibi bona l. 12. §. 1. 2. ff. de Iudic. Bartol. in l. 2. ff. de pignor. act.

act. Marian. Socin. *in fallent. Regul.* 159. 12. *Legatus*, etsi in Legatione contraxerit *l. 8. ff. de Iudic. l. 5. §. 1. ff. de constit. pecun.* ubi negativè lego eam *Pacio Enant. Cent. 3. q. 21. contra Cujacium lib. 13. Obs. c. 17. III. Marit9 de dote convent9, l. exigere 65. ff. de Iudiciis*, quia mulier virum sequi tenetur *c. unaquaq. 13. q. 2. Robert. 1. Sentent. 4.* Corasius *de arte Iuris p. 3. c. 13. Coler. de process. executivis p. 2. c. 1. n. 18. § 36*

Thema XLI.

Locus delicti objectum est, per quod Jurisdictio ampliari potest, quando alterius provinciæ reus apud eos accusatur & damnatur, apud quos Crimen contractum ostenditur *l. fin. ff. de accusat.* sive ibi reperiatur *Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 91.* sive postea eo remittatur: quod fit de Jure tam Civili *Nov. 134. c. 5.* quam Canonico *Baldus in l. 1. §. 2. ff. de offic. pref. urbi Hippolit. de Marsiliis in l. fin. de Jurisdic. n. 140.* itemq; de Jure Imperii *Gail. l. 1. de pac. publ. c. 16. n. 30. Hippol. de Marsil. in Pract. Crim. 11. 90. §. constante;* ac de Jure Saxonico *tit. Constit. Elector. daß man die Uebelthäter / so in den Ambtern verbrochen und entwichen / wieder in die Ambter folgen lassen soll: Tomingio decis. 5 n. 4. Koppé. decis. 43. n. 12. Rauchbar p. 1. quest. 50. n. 26. Colerus de Process. executivis p. 2. c. 1. n. 18. 30. seqq. & ad cap. olim. n. 28. de Except.* Eam tamen remissionem de consuetudine locum non habere dicit *Damhouderius Pract. Crim. c. 33. f. Capolla Cons. Crimin. 29. col. 3.* quod exactissimè limitat tribus casibus *Dr. Carpzov. Pract. Crimin. p. 3. quest. 110. n. 55. seqq. & l. 2. Respons. tit. 2. resp. 26. n. 14.* Ampliatur etiam Jurisdictio, quando mandans delictum in loco delicti punitur, quod fieri potest *arg. l. 19. §. 3. ff. de Judic. l. 16. ff. de fidejuss. Fachineus lib. 6. Controv. c. 25.* aut etiam is, qui in confinio delinquit; ubi ad utrumq; Judicem pertinere tutò statuo cum *Zasio, Par. comm. divid. n. 11. & ult. Treut. Vol. 1. Disp. 19. Th. 4. & ibi Bachov. Carpzov. p. 3. Prax. Crimin. quest. 110. n. 37.* non habità ratione legis *44. ff. de relig. & sume. funer.* quam urget *Petr. Theodoric. in Colleg. Crimin. disp. 4. Th. 3. l. B. Zanger. de except. p. 2. c. 1. n. 137.*

Thema XLII.

Res litigiosa est objectum, quo interveniente Jurisdictio amplior

plior redditur, quando Judex quis fit, rei ratione habitâ, alicujus personæ, cujus alias Judex non esset l. 38 ff. de Judic. l. 1. l. ult. C. ubi in rem actio Guilielmus Durandus alias dictus Speculator l. 2. p. 2. tit. de compet. Judicis aditione n. 4. Donellus l. 17. Comment. cap. 7. quod procedit etiam in clerico, quia res ipsa trahi dicitur in Judicium Marian. Socin. c. sane 3. x. de foro compet. Gail. 1. Obs. 37. n. 4. Boërius decis. 69. n. 7. Zanger, p. 2. de except. c. 1. n. 93. Diss. Menoch. remed. 3. retinenda possess. n. 3. seqq. & valet si reus ibi reperitur siue non l. un. C. ubi de heredit. agatur. Donell. d. l. Diss. Cujac. parat. ibid. taxatus à Vultejo ibid. n. 20. potest enim eo per subsidium vocari l. sed §. h. e. 35. §. fin. §. l. seq. ff. de Procur. Marian. Socin. d. c. sane 3. x. de foro compet. n. 13. Zanger. de exc. d. p. 2. c. 1. n. 64. §. 93. v. Pacium Enant. Cent. 2. quest. 41. Hæc de causis quarum interventu ampliatur Jurisdictio resp. habito ad locum.

Thema XLIII.

Ampliatur etiam Jurisdictio resp. habito ad causam, si ea sit Connexa seu continens, quæ ratione & specie est individua l. 3. l. 10. C. de Judic. l. 1. ff. quibus ex causis ad eund. Judic. eatur. l. etiamsi 29. §. 1. ff. de minor. l. eum. 17. ff. de neg. gest. Aym. Cravetta cons. 818. per tot. Joh. Emeric. à Rosbach in Praxi Civil. tit. 3. n. 34. quando dependet ab altera Jacob. Menoch. l. 2. de arbitr. Judic. quest. Cent. 1. cas. 95. n. 8. & in ditione pro eadem habetur Anton. Gabr. Comm. concl. l. 2. concl. 2. n. 3. unde etiam Donello lib. 17. comment. c. 18. non causarum sed causæ continentia dicitur. Ejus connexitatis distributio varia est. Tiber. Decian. Vol. 2. resp. 97. n. f. Menoch. de arbitr. Judic. quest. cas. 371. n. 4. seqq. & cons. 130. n. 1. seqq. Andr. Gail. l. 1. Obs. 32. n. 3. seqq. Mynsing. Obs. 4. Cent. 1. Duodecim capitibus distinguit Petr. Frider. de Continent. caus. lib. 3. c. 2. n. 8. tribus Joh. Goedd. tract. de sequestr. fruct. c. 1. n. 28. seqq. Matth. Steph. Diss. vol. 1. p. 3. conc. 16. §. fin. §. l. 1. de Jurisd. c. 32. n. 14. Omnibus illis modis utrinque enarratis ampliari Jurisdictionem nullus ambigo.

Thema XLIV.

Interpendentia etiam, si acceda, tampliatur Jurisdictio, quando

do reus eam opponit exceptionem, quod caussa eorum alio iudice
in controversiam deducta sit, adeoque novus iudex debeat abstinere
Baldus in l. per diversas. 22. n. 19. C. mandat. Matth., Coler. de
process. execut. p. 4. c. 1. n. 38. quod etiam a superiore fieri debet, cum
ita possit impediri negotii principalis prosecutio Mandos. in
tract. de inhib. q. 103 Modestin. Pistor. Cons. 59. n. 25. lib. 1. Potest au-
tem vel sola citatione induci litis pendentia Clem. 2. ut lite pend.
nihil innovetur c. proposuisti 19. x. de for. compet. Franc. Herculan.
tr. de attentat. c. 6. n. 7. Mynsing. Cent. 4. Obs. 26. quia per citatio-
nem perpetuatur Jurisdictio iudicis, sive ordinarius is sit, sive de-
legatus c. gratum 20. c. super questionem 27. c. licet. 30. x. de offic. & potest.
iudic. deleg. Felin. in cap. pastoralis §. quoniam. n. 2. v. secundo advertit,
de rescript. Lancill. in lim. 23. n. 5. p. 2. c. 4. de attent. lit. pendent. n. 6. v.
Zanger. de except. p. 2. c. 12.

Thema XLV.

Sunt & aliae causae, quorum obventu forum sortimur alie-
num, quaeque hoc modo ampliant illam Jurisdictionem, cui acce-
dunt, quarum undecim Zanger. recenset d. tr. de Except. p. 2. c. 1. n.
122. ad fin. Verum nolo tam prolixo indulgere calamo, illi namque
ἡ ἀδελφὴ μὲν δοκῶν ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τῶδε, unicam addo, objectis meae ma-
teriae, causam reconventionis, in qua actor reconventus, non potest
uti exceptione incompetentiae, aut Jus domicilii allegare l. qui
non 22. ff. de iudic. l. compensationis. 1. C. rerum amotarum l. 14. j. auth.
C. de sentent. & interloc. Robert. Maranta in speculo aureo p. 4. dist. 6.
Iud. n. 1. & q. 3. pr. n. 39. seqq. Petr. Frider. de contin. caus. l. 3. c. 6. 7. nisi
sit iudex compromissarius c. cum dilectus 6. x. de arbitr. Maranta in
d. p. 4. dist. 6. & q. 2. n. 13. & 20. Ampliat autem quia conventio & re-
conventio separari non debent, & vel haec vel illa prius expediri
minimè potest Maranta d. l. q. 1. n. 7. Dd. commun. in c. 1. x. de
mutuis petition. nisi debitum liquidum sit, quo casu iniquum esset
differre condemnationem, & admittere reconventionem altio-
ris indaginis, & longioris discussionis Dd. in l. 2. C. de edict. Divi A-
driani toll. Marian. Socin. in c. 1. n. 59. de mut. petit. Cravetta Vol. 1.
conf. 79. Decian. Vol. 2. conf. 98. Zanger. p. 2. c. 1. n. 135. f.

Thema XLVI.

Formalis sequitur *causa*, quæ est summa quasi hujus disquisitionis. Non enim abnegare sufficio universæ tractationis argumentum esse modos, per quos ampliatur ea, quam dixi, Jurisdictionio: neq; aliud quid importat consideratio, quam præfinivi, causarum. Eam autem quia constitui formam, commodè videor mihi posse dispescere in *accidentalem & essentialem*, quarum illa consistit potissimum, aut in *mutatione speciei*, aut in *amplificatione territorii*, aut in *resistentiâ Turbationis*: hæc in *exercitio actuum legitimorum*, quos arbitror præcipuè conspicuos, *Prærogationis & Preventivonis*, quarum illa respondet Jurisdictioni, quam vocant *Dd. voluntaria*, hæc *contentiosa*. Pro re natâ singula concisâ assumo contemplatione ruminanda.

Thema XLVII.

Primus modus ampliandi Jurisdictionem desumptus ex formâ accidentali est *Mutatio speciei*: quando aliqua species altius exurgit, ut aut ex infimâ fiat media, aut ex mediâ summa. Quæ tamen mutatio non aliter fit, nisi per media antea enarrata: quorum præcipuum & principale est favor Principis. Quotidianum enim est, ut ex ejus Clementiâ vel inferior Jurisdictionio, vel deinceps superior etiam concedatur, ut d. supra. Hæc autem mutatio, quia potius ad eam spectat Jurisdictionem, quæ dicta est hic non attendi, & denotat cognitionem nudam, seu est pars notionis *Notionem 99. ff. de V. S.* hoc loco nominata sufficiet; Præsertim cum Commentatores hujus materiæ circa eam communiter taceant, leges ad id me suo tramite dedueant, turpe fuerit his subsidiis destituito sermocinari.

Thema XLIX.

Secundus modus ampliandi Jurisdictionem est diffusè amplior, & sinuosè augustior, nec unum sub se titulum comprehendit; Unde *amplificationem territorii* omnem vix paucis hisce paginis mihi suppetit comprehendere, contentus in eo, si vel unam & alteram rationem seu modum delineavero potius, quàm multis pertractavero Parasangis; pono autem eam duplicem, *internam & externam*, quarum illa melioratio potius quàm amplificatio nominanda venit *Besold. lib. 2. Polit. c. 8. §. 4. n. 26.* & est vel *naturalis* vel

vel *industrialis* quæ & sive quantitatis sive qualitatis dicitur.
Renat. de Lusîngâ *in tract. de increm. & decem. Imperiorum l. 1. c.*
2. hæc vel est voluntaria vel contentiosa.

Thema XLIX.

Interna ut dixi, vel *naturalis* amplificatio est, in quâ perfici-
endâ Natura prædominatur: (uti etiam definiuntur. Fructus natu-
rales *l. 45. ff. de Usur. l. 62. v. nam etsi ff. de Rei vindic. Forcatul.*
in penu Jur. Civil. c. 18.) quæque magis accuranda est, cum augmen-
tum internum præponderet per sui naturam externo Richter
axiom. Oecom. 203. & perficitur populi multiplicatione, de quâ vi-
deri possunt Hippol. à Collib. *in Princip. c. 31. Besold. l. 2.*
Polit. c. 8. §. 4. n. 27. vel *industrialis*, quæ operis acquiritur *l. 25. ff.*
de Usur. hæc consistit in culturâ territorii, altitudine & dignitate
Reipub., facultatum ac opum tam publicarum, quàm privatarum
copiâ *Besold. d. l. 2. c. 8. §. 4. n. 27. 28.* quo etiam pertinent admi-
randa ædificiorum, & substructionum, quæ magnitudinem ferè
Reipub. sequuntur *Piccard. Cent. 12. c. 4. Kirchner. disp. de*
Repub. 15. Th. 3 Ægyptiorum Pyramides *Petr. Bellonus Obs. 2. c.*
42. Romanorum pagmata, quæ videns crederes Palladem Gigan-
tibus Architectonicam monstrâsse *Lips. l. 3. c. 1. de admirand. Urb.*
Rom. Hispanorum Escuriale; Saxonum arces innumeræ, & Pala-
tia non nisi his Regibus digna: ac si quæ sunt alia, quæ plenius
scrutarer, nisi me præfiniti prius reliqui modi avocarent.

Thema L.

Externa & voluntaria amplificatio territorii est, quæ exterius
aliquid accedere facit. Estq; vel *Naturalis* vel *Civilis*. *Naturalis*
contingit per alluvionem, quâ tamen nec augeri nec minui terri-
torium, textus est in *l. ergo si insula 30. §. alluvio 3. & l. Attius 38. ff.*
de acquir. rer. dem. Fr. Viv. 2. com. opin. v. alluvionum. n. 2. Sva-
retz. l. An. 172. Treutler. Disp. 3. vol 1. Th. 7. l. E. f. ego pro ratione
diversi subjecti materialiter sic dicti augeri vel nō augeri existimo
cū Bachovio ad Treutl. h. l. perl. 2. de alluv. Jason libr. 2. Conf. 146.
Curtius in Consil. 56. col. 2. Petr. Heigius p. 2. q. 40. & ult.

Exter-

Tmema LI.

Externa voluntaria Civilis amplificatio perficitur vel iisdem modis, quo acquiritur τὸ κέρδιον πολιτικόν, ut vocat Paurmeister l. 1. c. 17. n. 2. quia quæ de toto disputantur, eadem & de parte intelliguntur l. quæ de totâ 76. ff. de R. V. cum totum contineatur in parte l. si quis. 7. pr. ff. de except. rei jud. ut sunt oblatio novi territorii, quâ Cyri Imperium crevit Xenoph. 1. Pæd. 4. quâ aucta est Romanorum potestas, cum plures existimarent, melius se sub eorum potestate vivere posse, quam in suâ libertate Livius l. 45. c. 5. Electio per suffragia de quibus vid. Anton. lib. de Legib. c. 14. Nicol. Gracchius in lib. de Comitibus Romanorum: Successio, qui honos gentilis est, quando Princeps è Principe nascitur. Lips. libr. 2. Pol. cap. 4. S. 4.

Tmema LII.

Vel diversis; inter quos præcipuè eminet unio, incorporatio Pragmaticis dicta arg. l. 3. C. de bonis vacant. & incorpor. Moditius S. 1. quæst. 162. Arnisæus relect. 2. c. 2. fol. 247. Facius polit. Liv. p. 1. art. 15. 16. 30. & p. 2. art. 8. quæ nascitur vel quando plura territoria in unum concresecunt, Bodin. de Repub. num. 389. Barth. Muscul. de success. anom. p. 2. fol. 7. n. 12. Wesembec. Cons. 1. n. 52. & Consil. 4. n. 105. vel quando plures familiæ uniuntur, quod fit sive Pactis Confraternitatum, quibus universæ paciscentium res, tam quoad possessionem Civilem, quàm quoad dominium continuò invicem communicantur Joh. Caspar Guttich de confratern. concl. 2. lit. C. Theod. Reinking de regim. secul. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 18. n. 12. Carpzov. Dissert. de Pacto confratern. Saxonico Hassiaca Tb. 63. sive Nuptiis quod tam in privatis personis fieri videmus, ex consuetudine receptâ, ne quis extra officium ducat uxorem, de quâ Matth. Steph. l. 2. p. 2. cap. 8. num. 45. Georg. Schultz in Synops. Instit. lib. 1. tit. 10. lit. B. f. quàm in publicis & illustribus, unde & auctam se sentit potissimum hoc titulo Domus Austriaca refer. Nicol. Vernulæo de virtut. Domus Austriacæ 17.

Tmema LIII.

Adhuc unum addere modum possem, quo territorium amplifi-

712
plicatur, *Emptionem* nempe: per quam Felix Fabri *! histor. Suev.*
2. cap. 4. nota commendat Ducatus Württembergici incrementa;
& per hunc titulum Civitatis Ulmenfis: & gloriatur hoc nomine
Respub. Tigurina, quod plus, quam Ducatum possideat, & ferè
nihil nisi iusto emptionis titulo, *apud Stumpffium in annal.*
Helvet. 4. c. 9. all. Besold. lib. 2. c. 8. §. 4. n. 40. Verùm ego hunc
tanquam privatorum hominum pactis magis communem, & mi-
nus generosum ut vocat Besold. *d. l. relinquo nominatum: tran-*
siens ad modum amplificandi territorii violentum.

Thema LIV.

Externa & coacta amplificatio territorii est, quæ fit armis &
Jure belli, sive *deditione*, quando Populus cum urbe & agro, aquâ,
terminis, delubris, rebusque omnibus, in potestatem victoris ve-
nit, quæ formulâ est *apud Livium l. 28. teste R. Forner. 4. rerum*
quotid. c. 24. quæ fit pacto, quamvis vi metuye facto, tamen ser-
vando Bodin. *5. de Repub. c. 5. n. 596.* sive *expugnatione* ubi res ex-
pugnatae victori cedunt, & hoc titulo justè possidentur *l. 5. §. ult.*
l. 51. ff. de acquir. rerum domin. Hug. Grotius de Jure Belli. libr. 3. c.
6. n. 8. p. m. 476. & in mari Libero c. 4. p. m. 29. quam tamen in-
solam amplificationem intendentem injustam esse, & nisi alia
causæ concurrant, non admittendam statuo, cum Besoldo & *ab*
eo allegatis. l. 2. c. 8. §. 4. n. 35. seqq. Dn. Carpzov. de lege Reg. c. 4.
sect. 5. Hæc de secundo modo ampliandi, amplificatione terri-
torii.

Thema LV.

Tertius modus ampliandi Jurisdictionem ex formâ accidenta-
li est *Resistentia turbationis*: non tantum enim benè Imperium,
dicitur moderari, qui acquirere & augere studet, sed etiam, qui
semel acquisita, retinere & conservare novit *pr. tit. 55. 2. Feud. de*
prohib. feud. alienat. per Frideric. Dn. Carpzov. de leg. Reg. c. 4.
sect. 5. n. 5. quia dum rite Respubl. conservatur, ea sui naturâ au-
getur, estque amplificatio fructus conservationis Bodin *5. de*
Repub. n. 717. unde & Augustus olim intra fines coercendum
censuit Imperium: Gruter. *in discurs. ad Tacitum fol. 149.*
Amurates, 1. disc. 6. Potentia n. ea demum tuta est, quæ viribus

E suis

suis modum imponit. Val. Max. l. 4. c. 1. f. quæ autem remedia
sint pro tuendâ Jurisdictione contra turbationem, tractat prolixè
Bocerus c. 10. de Jurisd. p. tot.

Thema LVI.

Unus adhuc superest modus ampliandi Jurisdictionem,
quem communiter acquirendi tradunt Materiæ hujus commen-
tatores, nimirum *Præscriptio*, acquirenda intra 30. vel 40. annos,
cum bonâ fide & justo titulo. l. fin. C. de præscr. long. tempor. im-
memoriali tempore, sine justo titulo l. hoc jure 3. §. ductus. 4. ff. de
aqua quotid. Petrus Gregor. Tholos. l. 47. Syntag. c. 22. num. 30.
Joh. Monach. de Jurisd. c. 5. n. 10. Tob. Paurmeister lib. 1. de
Jurisd. c. 21. Matth. Wesembec. Par. ff. h. t. n. 12. Henric. Bo-
cer. de Jurisd. c. 8. n. 99. seqq. Matth. Stephan. l. 1. c. 38. n. 32. seqq.
verum consulto eum omitto ratus eum potius esse modum con-
servandi ampliata Jurisdictionem, quàm ampliandi, cum aliàs
angustia paginarum pro homine interpellat.

Thema LVII.

Devenio nunc ad formam essentialem, seu exercitium actuum
legitimum, quos feci binos: Quorum primus est *Prorogatio*, quam
qualitatem Jurisdictionis ordinariæ & delegatæ dixit Joan.
Dauth. in l. 2. l. 18. l. 23. C. de Testam. p. 538. n. 3. sub lit. B. in gl. quæ-
quæ extensio dicitur à Joh. Monach. de Jurisd. prorog. c. 1. n. 1. p.
m. 58. Bocer. de Jurisd. c. 7. n. 4. & est litigatorum in Judicem
incompetentem liber consensus & subjectio l. 1. § 2. ff. de Judic. l.
18. ff. l. 1. C. de Jurisd. c. P. & G. 40. X. de off. & potest. Iud. deleg.
Osvald. Hilliger. in Donell. Enuclato lib. 17. c. 20. Herm.
Goehausen. p. 2. Pericul. Academ. 15. seqq. seu ut definit Dn. D.
Wirth in annot. ad Treutler. MS. vol. 1. Disp. 3. Th. 7. v. Prorogatur
est potestas Judicandi, universam Jurisdictionem habenti, aut
inter personas suâ Jurisdictione non comprehensas, aut de caus-
sis supra eam, aut extra terminos territorii sui, partium alterius
potestati subditorum spontaneâ aditione delata. Ampliatur au-
tem per prorogationem Jurisdictionis, vel ratione personarum, vel
ratione causarum, vel ratione loci, vel ratione temporis. Maranta
de Ordine Judic. p. 4. dist. 10. n. 3. Zasius in l. si per errorem 15. n. 1. 2. 3.
4. ff. de

4. ff. de Jurisd. Sichard, in l. 1. C. de Jurisd. n. 9. Joh. Emeric.
à Rosbach. in process. Judic. tit. 2. de Jurisd. n. 37. Bocser. de Ju-
risd. c. 7. n. 40. Reinh. Bachov. in not. ad Treutler. vol. 1.
Disp. 3. Th. 7. & ad tit. de Jurisd. ff. cap. de Prorogata Jurisdictione.

Thema LIX.

Ratione personarum prorogatur Jurisdictio quando à personâ
ad personam extenditur, seu cum alius Judex pro alio assumitur.
Maranta p. 4 de Ord. Jud. dist. 12. n. 3. Judicem enim esse oportet
eum, in quem prorogatur, cum privatorum consensus Judicem
non faciat l. 3. C. de Jurisd. & necesse est, ut sit Jurisdictio, quæ pro-
rogari possit l. 1. ff. de Iudic. arg. l. sed et si 5. de precar. Jason. in l. se
per errorem 15. n. 1. Zasius ad eand. l. 15. n. 5. nec interest, si ve ordi-
naria sit, si ve delegata Jurisdictio; eam enim etiam prorogabilem
esse Jure Civili, statuo per generalitatem textûs, in l. 1. ff. de Iudic.
cum Donello l. 17. Comment. Juris Civil. 10. p. 44. & arg. l. de qua
re. 74. ff. de Judic. Marian. Socinus in c. significasti. 18. n. 25. X.
de foro compet. & contingit, si pagani litigatores se subjiciunt Ju-
dici militari l. pen. C. de pact. vel in causa privatâ procuratori Cæ-
saris, l. 1. C. de Jurisd. si Clerici se subjecerint Laicis, quod possunt
facere Jure Civili l. pen. C. de pact. l. si quis 51. C. de Episcop. & Cleric.
& Jure Canonico accedente consensu Episcopi: Concilium
Chalcedonense in cap. 1. X. de foro compet. non obst. decision.
Innocentii III. & Gregorii IX, in c. si diligenti. 12. & in c. si
gnificasti. 18. X. de foro compet. quos probè exagitat Jacob. Cujacius
in c. 1. & c. 12. X. de for. compet. Matth. Stephan. de Jurisd. l. 1. c.
22. num. 16. seqq. si pater filium, vel filius Patrem judicem habeat
l. in privatis. 77. ff. de Iudic. quod tamen fit tantum consentiente
parte Donell. 17. Comment. c. 25. Studiosum autem non posse
prorogare Jurisdictionem, quâ se subtraheret Jurisdictioni Reâtoris
contra Juramentum, statuit Dn. Carpzov. p. 1. Jurispr. forens.
cap. 27. def. 10.

Thema LIX.

Ratione causarum ampliatur Jurisdictio, quando restricta
ea ad certas causas prorogatur ad alias causas v. gr. si cognitio

de certâ summâ, quod tantum locum habet in Judice dato, proro-
gatur ad majorem l. si idem. ii pr. Et pen. §. ult. ff. de Jurisd. l. de quare.
74. §. 1. ff. de Iudic. l. inter. 28. ff. ad municip. Maranta p. 4. dist. 12. n.
3. vers. Exemplum. Zafius ad l. 15. ff. de Jurisd. Andr. Gail. l. 1.
de pace publ. c. 12. n. 10. seqq. Quod tamen non aliter procedit, quam
si causæ sint ejusdē qualitatis & formæ, sive quæ sub eadē Jurisdic-
tionis specie cōprehendūtur, causa Civilis sub Jurisdictione Ci-
vili, causa ecclesiastica sub Jurisdictione Ecclesiasticâ, causa feu-
dalis sub Jurisdictione feudali. Bocerus de Jurisd. c. 7. num. 43.
Non etiam si sint diversæ qualitatis & formæ, unde in causa feu-
dali, non potest prorogatio invenire locum, sine consensu Do-
mini, (potest enim Dominus avocare vasallos per text. in tit. 55. §.
ult. f. ubi gl. lib. 2. feud. Tessauros decis. 266. n. 9. Andr. Gail. l.
1. Obs. 40. n. 6.) benè tamen cum ejusdem consensu Curt. Jun.
tract. feud. p. 7. q. 8. n. 28. Et plurimi Dd. quos refert Ludolph.
Schrader tr. feud. p. 10. sect. 3. n. 95. n. 132. seqq. qui Et statuit n. 33. nec
consentiente Domino prorogari posse: sed malè, secundū Bocerum
d. c. 7. n. 30. f. In causâ Ecclesiasticâ ad fidei doctrinam pertinente
cessat prorogatio Magistratûs Politici. Donell. 17. Comment. c. 10.
p. 46. lin. 21. seq. nec causa decimarum & matrimonii potest proro-
gari ad jurisdictionem secularem c. 1. X. de consangu. & affin. c.
causam matrimonii 16. X. de offic. & potestat. Iudic. deleg. c. 2. & c. 3.
X. de Iudic. Clem. dispendiosam. 2. tit. de Iudic. c. literas 2. X. de lu-
ram. calumn. c. ult. X. de rerum permut. c. causam. 7. X. de prescript.
Andr. Gail. l. 1. Obs. 38. pr. nisi ubi pro secularibus habentur,
ut in terris omnib9 reformatæ religionis. Petr. Frider. Mindan.
lit. de process. c. 10. concl. 1. n. 3.

Thema LX.

Ratione Loci ampliatur Jurisdictio prorogatione, si con-
venerit inter litigatores, ut Iudex alio, quàm destinato Jurisdicti-
oni loco de causa cognoscat. Qui tamen locus in ejusdem sit o-
portet Iudicis territorio Marant. d. p. 4. dist. 12. n. 3. Sichard. in l.
1. n. 15. C. de Jurisd. quia non valet, si extra Ius dicentis territori-
um de alio convenerit loco l. ult. ff. de Iurisd. Clement. 1. de for. com-
pet. Et

pet. & c. ut litigantes. §. de offic. ordin. in 6to. Costal. in l. 2. ff. de
Judic. & Dd. Comm. quos refert Ludolph. Schrader tra-
ctat. feudal. p. 10. sect. 3. n. 125. seqq. Iudex enim extra territorium
Ius dicens privatus est l. ult. ff. de offic. praef. urbi. l. 3. ff. de offic. pra-
sid. l. 3. C. de Iurisd. cui impunè nō paretur d. l. ult. ff. de Iurisd. &
ibi Gothofred. in Not. valet tamen, si consenserit Iudex loci in quē
prorogantur l. consensisse 2. §. 5. 6. ff. de Iudic. Matth. Stephan. de
Jurisd. l. 1. c. 21. n. 30. Bocerus ibid. c. 7. n. 46. f.

Thema LXI.

Ratione temporis prorogatione ampliatur Iurisdictionis, vel
potius tempus cognitioni Iudicis praefixum (quia Iurisdictionem
de tempore ad tempus prorogari posse nusquam probabitur Matth.
Steph. d. l. 1. c. 21. n. 27.) cum Iudici consensu litigatorum conce-
ditur ulterior & longior quam praefinita erat facultas Iudicandi
Alex. Marant. d. p. 4. dist. 12. num. 3. vers. exemplum de tertiâ & c.
Ludolph. Schrader. post multos, quos citat. d. p. 10. sect. 3. n. 108.
quod probant ex l. 2. §. si Iudex. 2. ff. de Iudic. gl. Bartolus, Baldus,
Paulus de Castro, Curtius Junior & alii, quos refellere
nituntur Matth. Steph. d. l. 1. c. 21. n. 26. seqq. Bocerus d. c. 7. n.
47. cum quibus & ego descendo in sententiam, sufficere ratus ex
mente Doctorum quartum hoc prorogandi genus nominasse,
cum alias limites Iurisdictionis tribus terminis includantur, ex
mente Vultej. ad l. 1. C. de Iurisd. n. 28. pag. 16. Personam, causam, &
loco; & hoc genus tantum ad unicū casum restringat ipse Vultej.
d. l. 1. n. 82. p. 49. quo me remitto, praecipue cum vix locum habeat in
mea, quam destinavi Iurisdictione παρατάλητος accepta.

Thema LXII.

Alius actus, per quem ampliatur praecipue & principaliter
Iurisdictionis, est Praeventio seu Praeoccupatio. Joh. Monach. de
Jurisd. p. 2. tit. de praevent. c. 3. n. 7. quae differt à Prorogatione re-
spectu

(1.) Iudicis, quia in prorogatione Iudex esse potest, etiam non
competens, in praeventione non nisi competens.

E 3

2. par-

(2.) *Partium*, quia in prorogatione requiritur utriusque partis consensus, in præventionem saltem alterutrius.

(3.) *Formæ*, quia prorogatio inducitur per aditionem iudicis, præventio per Citationem.

Hæc est, (secundum Socinum *c. proposuisti* 19, X. *de for. compet.* & *l. si quis posteaquam* 7. ff. *de iudic.*) quæ pluribus competit ab uno facta præoccupatio, vel appropriatio: seu ut definit Dn. Augustin. Strauch. *in Disput. inaug. Wittebergæ habitâ Anno 1639. d. 28. Mart. Th. 8.* est Jurisdictionis unius iudicis, cum alio per se, actu, in solidum, & principaliter concurrentem habentis legitima præoccupatio, ab ejusdem causæ cognitione illum per exceptionem repellens, & partibus citatione rectè factâ fori mutationem præcludens: Ampliat verò Jurisdictionem vel respectu habito ad *causam*, vel respectu habito ad *formam*, vel respectu habito ad *effectum*.

Thema LXIII.

Præventio resp. *causæ* ampliat Jurisdictionem, si *causæ* talis sit, in quâ concurrentem alius ab initio habebat Judex Jurisdictionem Bernhard. Wurms. *Obs. pract. for. tit. 6. Obs. 13. n. 1.* sive æqualis sit ille, sive superior, sive inferior, dummodo talis inferiori Jurisdictio concessa sit, qualem requiro *c. eum satis. 4. c. ad hoc. 7. c. dilecto. fin. x. de offic. Archidiacon. Th. Grammar. decis. 30. n. 4. 5.* & hoc titulo præventionem adipiscitur Judex omnibus illis modis, supra *Th. 37. seqq.* enarratis: atq; ita resp. *causæ* ampliat præventio Jurisdictionem, si duobus iudicibus concurrentem Jurisdictionem habentibus Jus dandi vel confirmandi tutores sine controversiâ competat, & alter alterum datione prævenit *l. si ut proponit 3. C. de confirmand. tutore Petr. Gregor. Tholosan. lib. 12. Syntagm. Juris univ. c. 13. n. 17.* Ernest. Cothmann. *resp. 45. n. 57. seqq.* si Camera Imperatorem, aut Imperator camera prævenit, quod possunt in omnibus causis Andr. Gail. 1. *Obs. 29. n. 3.* Matth. Steph. *de Jurisdic. l. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 218.* P. Syring. *in disc. de pace relig. concl. 54. lit. B.* Wilhelm. Anton. *de Rescript. morat. tit 6. concl. 13. n. 27.* Parthen. *Litig. 1. 16. n. 24.* Reinking *de Regim. secul. & Eccles. l. 2. cl. 2. c. 14.*

c. 14. Exceptis feudis regalibus per text. c. 1. pr. de L. Corradi e. un. pr.
apud quem vel quos controversia. Schvvanmann Obs. Cameral. 13. n.
2. & Obs. 4. n. 7. Schön de feud. p. 2. Disp. 2. Th. 22. Casp. Leipold.
apud Arumæum Vol. 1. disc. acad. 13. q. 5. apud quem in hoc tractatu
de Concurrentiâ Jurisdictionis plurima exempla videri possunt.

Temema LXIV.

Præventio respectu *Formæ* ampliat Jurisdictionem
si per citationem Judex alteri præripuerit occasionem judicandi.
Citatio enim inducit præventionem l. si quis 7. ff. de Judic. l. pen. ff.
de Jurisd. Clem. ult. ut lite pendente nihil innov. Alphons. de Alze-
vedo in Reg. Hispan. Constit. lib. 8. tit. 13. l. 10. n. 10. ss. Andr. Gail.
l. 1. Obs. 29. n. 5. Observ. 74. n. 18. Joseph. Mascard. de probat. Vol. 3.
Concl. 1227. n. 6. utpote quæ est Basis & fundamentum Judicii §. ult.
Inst. de pæn. temerè litig. l. 47. ff. de Rejud. l. 39. ff. de adopt. N. P. D. tit.
4. v. All dieweil die Citation das erste fundamental stücke des Pro-
cessus ist. Dn. Carpzov. Decis. illustr. 97. n. 5. modo legitimè facta
sit c. gratum 20. x. de Offic. & potest. Jud. deleg. c. bona 23. x. de E-
lect. & elect. potest. Matth. de afflic. decis. 369. num. 16. Zanger
de except. p. 2. cap. 3. numero. 14. Treutler. Vol. 1. disp. 4. Th. 3.
Casp. Leipolt. d. tr. de concurr. Jurisd. q. 18. Nec opus est litis
contestatione Ritterfchus. ad Nov. p. 9. c. 10. n. 66. Vultej. ad l. 4.
C. de Jurisd. n. 30. non obstat l. pen. ff. de Jurisd. ad quam variè re-
spondet Dn. August. Strauch. Disp. de Prævent. Jurisd. Th.
pen. Non autem sufficit Oblatio Libelli Mascard. de probat. vol.
3. concl. 1226. n. 10. Joh. Monach p. 2. de Jurisd. tit. de Prævent.
cap. 2. fin.

Temema LXV.

Præventio resp. *effectuum* ampliat Jurisdictionem: quia ejus
Judicis, qui alium citando prævenit Jurisdictio perpetuatur, &
aliis præfertur, in eâ causâ, & inter easdem personas l. pen. ff. de Ju-
risd. l. 7. ff. de Judic. Decianus tr. Crimin. l. 4. cap. 22. num. 1.
Paurmeister. de Jurisd. Imper. Roman. l. 2. c. 5. n. 106. ita ut pos-
sit etiam alii inhibere, ne procedat, si impediatur c. 1. c. 5. c. 7. c. 21.

cap. 39.

cap. 39. X. de Offic. & potest. Iud. deleg. Decian. *ibid.* cap. 22. num. 2.
Mart. Monter. à Gvevâ Cauff civil. Decif. 23. n. 1. Mandos. de
inhibit. q. 16. & q. 121. n. 9. & pars citata possit coràm alio Iudice
uti exceptione præventionis Decian. *vol.* 1. *conf.* 18. num. 319.
Gail. 1. *Observ.* 29. n. 7. Zanger. de *Except.* p. 2. c. 3. n. 2. f. nec li-
ceat mutare forum, etsi conditio status mutetur l. 12. ff. *judic. solv.*
& potest Iudex præveniens procedere contra, absentem etiam us-
que ad sententiam inclusivè, secundum sui fori stylum & ordinem
Decian. *in tr. crim.* l. 4. c. 22. n. 6. & executio fieri in res & bona
subiecta Iurisdictioni illius Iudicis. Joh. Monach. de *Jurisd.* p.
2. tit. de *Prævent.* c. 3. Hæc de caussa formali,

Tmema LXVI.

Finalis sequitur, breviusculis inclusa finibus: finemque isti
causarum præfinit considerationi: quam duplicem rursus statuo:
Principalem quæ & hic esto *suprema Lex Salus, & Quies publica,* l.
1. §. 2. ff. de *Iust. & Jur.* l. 4. C. de *Sūmâ Trinit.* l. 13. ff. de *offic. præsid.* l. 3. ff.
de *offic. præf. vigil. pr. constit. extrav. Henrici VII.* quomodo in *lase Ma-*
jest. crim. proced. *Wesembec. in Parat. tit. de Jurisd.* n. 13. & minus
principalem, quam fingo *augmentationem Fisci,* cum spectetur in ple-
risq; actibus ejus caussa favorabilis, quæ potior etiã quandoq; est,
quàm *Reipub.* l. 1. §. 3. ff. de *edil. edict.* Cujac. ad l. 4. C. de *fide & jure*
hære. fiscal. l. 10. quippe qui semper debet esse locuples Cujac. *in*
expos Nov. 1. lit. B p. 531. Si *Gloriam Dei* adderem, summus esset mihi
& ultimus finis, etiam hujus, qui omnium actionum *Wesembec.*
præfat. ad Inst. de sine vita & Stud. p. m. 6. & 10.

Tmema LXVII.

Emensâ nunc salebrosâ satis evolutione causarum, nova
succedit, eaq; non minus spinosa & difficilis cura, in quâ nec ne-
gligenté esse convenit, nec fastidiosum: Joh. Garron. in rubr. de
caussa poss. Joh. Fab. in *S. sine scripto* 9. *Inst. de Iur. Nat. Gent. & Ci-*
vil. quos notat Arumæus de *morâ* c. 2. nec superstitiosum, quemad-
modum ex Galeno refert Duaren. c. 8. de *probat.* ne potius Bar-
baros Sophistas, quàm *Jctos* imitari velle videar. Ludov. Cha-
rondas

rondas. 3. verosim. 10. Vultej. ad pr. Inst. de testam. ordin. Donell. 1.
 Comm. 1. & ibi Osvald. Hilliger. quam tamen ulterius subterfu-
 gere non licet: Construenda nunc ex antedictis, & ipsius rei natu-
 ra definitio. Quoniam qui rem absq; definitione docet, idem ex-
 peritur, quod cæcus viator hinc inde errans Athanas: *tr. de defi-*
nit. f. 28. fin. edit Basil. Sebast. Medices *tract. de definit.* cum defini-
 tio dicatur oculus, qui vim rationis, & quæ concepimus mente
 vel calamo breviter explicat, Athanasio *d. l. & apud Breulæ-*
um tr. de renunciat. pr. Ruland. *tr. de Commiss. l. 1. c. 2. n. 2.*
 ut igitur fax sit & anima totius tractationis, quæ rectius perceptâ
 totum rectius percipitur negocium Calvin. *de Jurisdic. p. 401.*
 non veritus, quod sit periculosa omnis definitio *l. 202. ff. de Reg.*
Jur. (quippe non de tali exaudiendum est, sed de Regulâ aliquâ
 generali. loh. Mercerus *in conciliat. p. m. 717.*) hoc quicquid est o-
 peræ aggredior.

Thema LXIX.

Et ut *ἡ ἀπομύκνωσις*, ut philosophi loquuntur, revocare pos-
 sim aliquatenus, quæ dicta sunt: Rectissimè me arbitror effectu-
 rum, quod destinavi, si ex evolutione causarum præmissâ, operi
 huic superstruam definitionem. Quia omnis definitio debet eva-
 cuare definitum secundum Genus & substantiales differentias.
 Decian. *l. 2. tr. Crim. c. 2. & 4.* Theodoric. *Colleg. Crim. Disp. 1. 8. 25.*
 & ita absolutam rei naturam explicare Bartol. *in l. 1. ff. de te-*
stam. A. Gellius l. 4. Noct. Attic. c. 1. Alciat. *l. 6. Paradox. c. 9.*
 Nicol. Everhard. *in Topic. loc. à definit. 3. p. m. 39.* quod quadan-
 tenus fiet opinor, si ita utrumq; Thema propositum definiam.

Thema LXX.

Ampliatio Jurisdictionis est potestatis, in juridican-
 do & exequendo consistentis, vel propriæ extensio, vel
 alienæ præoccupatio; facta auctoritate vel Principis vel
 propriâ per actûs legitimos, in certis causis, ad publicam
 stabiliendam quietem.

Thema LXX.

Pluscula sunt, quæ superioribus claritatem apprimè affer-
 rent non minimam, si liceret ulterius progredi, id quod vix pro-
 nun-

1. 2.
 de
 ce
 319.
 li-
 v.
 us-
 em
 na
 l. p.
 isti
 uo:
 a, l.
 3. ff.
 Ma-
 inus
 ple-
 est,
 iure
 in
 nihi
 cc.
 ova
 ne-
 r. de
 Ci-
 ad-
 Bar-
 ha-
 das



nunc integrum est. Superstes ad superfluum rectius dixerim hæ-
reosi; facilem, quam mihi spondeo, excusationem Tui, *Lectoris Be-*
nivoli, prolixius vellem urgere & exposcere: Cum Iustiniano *in*
Constit. de Confirm. ff. ad Senat. & omn. popul. §. 14. enim & Tu agno-
sces; in nullo aberrare, seu in omnib9 esse irreprehensibile & ine-
mandabilem, esse divinæ solius, non autem mortalis constantiæ
& roboris. Ampliatis has paginas non dices, si videris quid in tra-
ctationis inciderit argumentum. Si *divino Phœntæ* judicas Cicer.
13. ad attic. 36. nil abnuo; si quisquilias volantes, & venti spolia
Cæcil. *in fragm. sub fin.* non repugno: qui enim Tibi placeant, nisi
tuo sublimi matura scripta iudicio: quod non expeto, nisi be-
nignum, id enim necessarium mihi in hoc præcipuè fœtu, quem
impetus magis, quam cura protrusit. Nec mihi vel spondeo vel
voveo in istis alienum à Q. Haterio apud Tacit. *l. 4. ann. c. 61.*
fatum, quod hoc quicquid est laboris, cum labore sit transitu-
rum: nisi foveatur aliquâ aurâ, quâ licet indignum,
indignum tamen perperui Favoris; quo subleva-
bit audaces istos Conatus æquior The-
mistici Laboris æstimator.

Δ T Θ

*S*ic Hierosolymis vixisse juvat, genit alis
Nummus cum in tantum nobile fœnus agit.
Sic memori patriis cur huc mittatur ab oris,
Attribuit plenâ lance brabæa Themis.
Felicem Patriam Mucci! Mox huncce videbit,
Res pressas gnarum ritè levare suas.

gratulando

Dn.

Sympatriotæ & confa-
lino suo Claris.

f.

Iohannes Philippi Lygio Silec.
U. J. D. Facult. Jurid. Assess. & Col-
leg. B. Virg. p. t. præposit.

F I N I S. *S.*

Leipzig, Diss.; 1650-51

ULB Halle 3
004 547 292




f

sb.

WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



ter. opt. max.

VIS

e Juridicâ;

ONEM

IONIS

JURISPRUDENTIA

Universitate:

um Petrino

erudite

S VRAT.SIL.

Collegio Princi.

atus

Lajas

Hœniano.

1650, 7

49. 1/2

L. J. T.

C. 14.

